jamjam ſceletoformem, ita ut nunc incedat abdomine tardo, ſimilia aliquot exempla poſthac obſervavi. Succedit huic lac caprillum & vaccinum, quippe quo poſteriore puer undecim annorum itidem ſceletoformis & per ſemeſtre ſpatium lecto affixus reconvaluit. Hujus lactis uſus egregius eſt etiam in vomitu ſcorbutico unde non duntaxat commendatur â Sennerto, Tract. de ſcorbuto, verum etiam ipſe ejus uſum ſaluberrimum multoties ſum expertus; apprimè verò quando inſtillantur guttæ aliqnot ℞ Cochleariæ. Vid. præterea Tract. Medic. de curatione lactis in arthritide Joh. Georg. Greiſelii ubi obiter ſaltem notetur ad arthritidem lac non eſſe adhibendum niſi in athritide vaga ſcorbutica. Cæterum ab autoribus paſſim etiam commendatur ſerum lactis, cui tamen omnino antepono ipſum lac. Lacti ſuccedunt pinguia v. gr. Axungia humana, canina, caponum, brodia pullorum gallinaceorum, item ipſorum caponum non ita ſenum. Hinc etiam hæc omnia ex communi hominum obſervantia remederi creduntur phthiſi, cum tamen potius opem ferant ſaltem in arcendo maraſmo. Quare omnia etiam in acrimonia ſcorbutica temperanda ſunt egregia. Ex regno vegetabili proſunt temperatè adhibita ſemina & nu-

clei, pingvedine quadam conſtantia v. gr. amygdal.; pineæ, ſebeſten, piſtac, ſem. 4. frigid. major, ſem. papav, item ℞ expreſſa v. gr. ℞ amygdal. dulc., hincque paratus balſamus ♀ris amygdalatus. Item cremores frugum v. gr. cremor avenæ, orizæ, hordei etiam qui omnes ſuppeditant juſcula pingvia. Ex regno minerali commendantur medicamenta ♃ia v. gr. antihect. Poter. quippe in quo reſidet viſciditas quædam grata. *Thes.* 13.

Tertia indicatio obtinetur quatenus nimirum hæc ⊖ſedo obſervatur copioſior in primis viis vel etiam in artubus, per medicamenta evacuantia blanda. Cane etiam & angue pejus fugiatur omne purgans fortius. Itaque ex vegetabilibus hic maxime ſunt proficua folia ſennæ, manna, polypod. quercinum, Rhabarbarum. Hinc omnia etiam horum præparata v. gr. infuſa, decocta, extracta ſyrupi v. gr. de polypod. de Cichor. cum Rhabarbar. manna etiam diſſoluta & calide hauſta. Ut autem hæc laxantia citius evacuent, addenda ipſis ſunt ♀rea. v. gr. ♀r. & Cremor ♀ri, paſſulæ. His deinceps coanumeranda ſunt aloëtica ſuccis vegetabilium imprægnata v. gr. aloë violata, roſata, cum ſucco fumariæ, item ſpinæ cervinæ imprægnatæ.

Thes.

Thes. 14.

Ubi acrimonia hæc ⊖ſa in ſolo corporis habitu apparet v. gr. in ſcabie, ibi his purgantibus addi poſſunt ſtimuli ex ſcammon, Jalapp, mechoac. & pro diverſitate ſubjectorum etiam Gumm. gutt.

Thes. 15.

Ubique verò ſpecici medicamentorum commodiſſimè adjungi poſſunt ſuperius laudata ☿ialia. Nil enim melius ⊖ſedinem corrigit ipſo ☿io v. gr. ☿io dulci, & pro re nata arc. corall. licet nimirum lenis ſequatur ⊖ivatio.

Thes. 16.

Utraque verò indicatio ceſſantibus in tantum morbis conjunctis obtinetur, per medicamenta temperantia & evacuantia ſaltim in gradu remiſſiori, quæ obſervantia communiter apud auctores practicos exponitur per roborationem viſcerum. Hinc proſtant varia medicamenta, quæ nonnullis dicuntur uſualia i. e. quotidiana, quæ nimirum lympham temperant, temperatamque ſenſim evacuant, ut ut vehementiora nondum patiamur ſymptomata. Talia autem ſunt v. gr. Elixir proprietatis Paracelſi ſive cum ♁o ♏u ⊖is, ſive absque eo ſolo ♈i ♀rſato præparatum. Item Elixir proprietatis

cum Rhabarbar. M. P. de fumar. compoſ. pilul. alëophangin, Marocoſtin Francofurt. Pilulæ antiſcorbuticæ Timæi von Güldenklee ꝛc.

Thes. 17.

Quarta indicatio obtinetur primariò per medicamenta diaphoretica conjuncta cum opiatis quoad interna. Dum enim ſudor per poros promanat, abluit inibi hoſpitantia ⊖a acria, quemadmodum verò ſudor absque medicamento adauget malum in vitiis cutaneis, dum nimirum intolerabilem ferè cauſatur pruritum ſolvendo nimirum ⊖ia. Ita medicamentoſus ea etiam corrigit. Talia autem medicamenta ſunt ex Regno animali omnia Alia v: gr. ♏9 C.C. viperarum, ∈*i item liquor C.C. ſuccinatus, nec non decantatus in noſtris provinciis ♏9 Bezoardicus Buſſii Archiatri Electoris Saxoniæ qui componitur ex ♏u C.C. card. bened. Hinc etiam efformant eſſentias v. gr. viperarum, quibus tamen ♏9 dicti ſunt præferendi. Ex regno vegetabili ſunt medicamenta parata ex jam laudato Card. ben. fumar, lign. ſanct. ſaſſafras, lentiſci, frangul., ex quibus componunt Eſſentias vel ♏9 m. v. gr. Eſſent c. Lign. nec non camphora.

Thes.

Thes. 18.

Ex mineralibus hic prosunt Ræ ℞ij. legitimè paratæ, item medicamenta ♀rea v. gr. flor. ♀ris (Balsamus h. l. ab ♈ quod ei inest non adhibendus) Et hinc etiam reliqua ℞ialia v. gr. ℞ diaphoretic. simplex, vel cum ♂e, pulv. ℞ij Bezoard. ♃iale & ☉re ritè præparatum. Bezoardica mineralium vulgari modo parata non conveniunt in malignis, quia sudorem quendam promovent, ast cum summa præcordiorum angustia.

Thes. 19.

Ex tribus regnis prostant etiam conjuncta multa v.gr. p. Bez. Senn. R. Bez. D. M. &c.

Thes. 20.

His sudoriferis commodè adaptentur opiata.

Thes. 21.

Externè verò anodyna primariò sunt sumenda præter superius laudata temperantia ♄a, & ☿ialia quippe quæ itiem dolores sedent, ut ut eos prima fronte exasperent omnia illa pinquia ex seminibus cremore gaudentibus tosta, v. gr. farina secalicea tosta, cremor avenæ tostus, cremor triticeus paratus ad glutinanda linteola exsiccatus & tostus. Deinceps his accensenda sunt etiam folia rosarum exsiccata, quæ nimirum in se continent blan-

dam vim ſtypticam, hinc blandè etiam conſolidantem.

Thes. 22.

Formulæ ad primam indicationem ſunto tales.

℞. Ocul. 69. pp.
♃ diaph· c. ♂e aa. ʒß.
arcan. 2pl. M. ☽ß.

M. D. S. **Temperirend Pulver ins Bier.**

℞. Matr. perlar. pp..
Croc. ♂. c. ⊖♃ aa. ☽ß.

M.D. S. Ut ſuprà. In morbo diuturno absq; vehementer urgentibus ſymptomatibus ſingulis ſeptimanis bis poteſt aſſumi talis pulvis. Urgentibus autem ſymptomatibus quotidie.

℞. Eſſent. ♂is liquid. ℥ß.

D. S. **Temperirende Tropffen alle Morgen 40. in warmer Suppe zu nehmen.**

(bene tamen hic attendenda eſt conſiſtentia)

℞. R. ♂is aperit. Mynſ. ʒij.

D. S. **Tropffen wider die Schärffe alle Morgen 20. zu nehmen.**

℞. Eſſent. fumar.
Card. ben.
Cent. min.
♏⊖*. aa. ʒi.

M. D. S.

M. D. S. Eßentz wider die Schärffe 50. Tropffen eine Stunde nach der Mahlzeit zu nehmen im Biere.

Thes. 23.

Formulæ ad lmam & 2dam indicationem ſunto:

℞. Herb. fumar.
ſcolopendr. aa. M. j.
Card. ben. M. ß.
Flor. Cichor.
bellid. aa. p. iij.
Rad. Pimpinell.
Cichor.
polypod. quer. aa. ℥ß.
Fol. Senn. Al. ſ. ſ. ʒx,
Croc. ♂ cum ⊖bus ℥ß.

Inciſ. & contuſ. contundenda & incidenda inſuantnr ſacculo lineo f. l. a. nodulus.

D. S. Temperirender und abführender Püſchel in 2. Kannen Wein zu hängen.

℞. Herb. fumar.
fol. Cochlear.
naſturt. ▽at.
pimpinell. aa. M. ß.
Fl. bellid.
Cichor. aa. p. iij,
Rad. Pimpinell.
armorac.

polypod. quer. aa. ℥ß.
Fol. Senn. Al. ſ. ſ. ℥x.
Croc. ♂is cum ⊖bus ʒiij.
Agar. albiſſ. ʒij.
Inciſ. & Contuſ. M. & inſue ſacculo D. S. Species **wider die Schärffe in 2. Kannen Wein zu thun und täglich 2. Gläſer zu trincken.**

NB. Si ſequitur excretio cutanea, eximatur rad. Armor continueturque reliquus nodulus,

℞. Flor. beton.
fumar.
bellid.
Cichor. aa. p. iij.
Fol. Senn. Al. S. S. ʒij.
Croc. ♂is cum ⊖bus. ʒj.
Inciſ. & Contus. D. S. Species **in ein Säck zu nehen / und in eine Kanne Bier zu hängen/ die Nacht im Keller zu ſetzen und den Tag über zu trincken.**

℞. Fol. Senn. Al. S. S. ʒiß.
p. Rad. Rhab. ver. ʒij.
paſſul. min. ℥j.
commiſta ſtent cum ſero lactis ℥iij. in loco calido, manè ebulliant & exprimantur, adde

Ocul. 69. pp. ʒß.
mann. calabr. ʒvj.

M. D. S.

M. D. S. Laxir-Tränckleín auff 1. mahl warm gemacht des Morgens zu trincken.

Convenit ferme cum Decocto diasennæ cum Rhabarb. Mynſ.

℞. Ras. C. C, ℥vj.
Rad. Cichor. ℥j.
polypod. ℥ß.
Fol. Senn. Al. S.S. ℥iß.
C. ♀r. ℥j.

F. l. a. decoctum in ſero lactis.

℞. Decoct. Col. ℥vj.
▽. Cinnam. borrag. ℥vj.
antih. Pot. ℥ij.
Sirup. de Cichor. c. Rhab.
ſcelotyrb. Foreſt. aa. ℥ß.

M. D. S. Linde abführender Tranck den Tag über zu trincken.

℞. C. ♀r. ℥ß.
Extr. fol. Senn. decoct. parat. gr. viij.
Scamm. ♃r. gr. iij.

M. Optimè D. S. Pulver auff 1. mahl in warmer Suppe zu nehmen.

℞. Conſerv. roſar. rubr. cum mann. (parat.
☿. dulc. gr. xv. ℥ß.
Scamm. ♃r. gr. iij.
Syrup. Scelotyr. For. ℥ß.

M. D. S. Laxir-Safft auff 1. mahl.

℞. ▽. Cichor, ℥j.
Zedoar. cum Vino. ʒij.
p. senn. Montagn. ℈ij.
Syrup. polypod. ʒij.
M. D. S. **Purgier-Tränckleinauf 1. mahl.**
℞. Aloës viol.
☿ij. dulc. aa. gr. vj.
diagryd. gr. ij.
F. l. a. Pilulæ cum. Syrup. scelotyr.
no. 21. D. S. **Abführende Pillen des Morgens und Abends auf 1. mahl zu nehmen.**
℞. M. P. de fumar. simpl.
Extract. fol. Senn.
Croc. ♂is c. ⊖bus.
Scamm. ♀r. aa. ℈j.
c. Syrup. scelotyr.
F. l. a. Pilulæ instar pisi minoris D. in pyxide, S. **Linde Abführende Pillen wöchentl. 2. mahl 15. zu gebrauchen.**
NB. In vitiis cutaneis v. gr. Scabie.
℞. p. Cathol. ʒß. ad ℈ij
D. S. **Purgier-Pulver auf 1. mahl.**
℞. Extr. Cathol. gr. xij.
Scamm. rosat.
☿ dulc aa. ℈ß. Essent. fumar.
F. l. a. Pilulæ no. xxj. D. S. **Purgier-Pillen auf 1. mahl.**
℞. Elixir. citr. purg. ʒiij.

Syrup.

Syrup. de Cichor. cum Rhab. ℥ß.

M. D. S. **Purgier Safft auf 1. mahl.**

℞. ☿-ti alb.

Gumm. gutt. aa. gr. iv.

F. l. a. Pilulæ cum mica panis no. 3. D. S.

Purgier-Pillen auf 1. mahl.

Thes. 24.

Ab extra verò acrimonia temperatur hoc modo

℞. Decoct calc. viv.. ℔j.

▽ Rosar. (ob refragrantiam) ℥ij.

☿. ʒij.

Camph. subtiliss. trit. ℈ß.

M. D. S. **Eußerlich heilend Wasser den Leib damit zu streichen.**

vel ℞. Decoct. calc. viv. ℥iv.

fol. querc.

popul. alb. aa. M. ii.

incis. & contus. indantur colator. & elixivientur c. s. q. ▽. fontan. calid.

aliquoties repet.

℞. Decoct. col. ℔ij.

☿. ʒij.

Camphor. ʒß.

M. D. **Eußerlich abheilend Wasser.**

▽. hæc est arcana & egregia in omnibus exulcerationibus antiquis, & malignis, quare & præstantissima est in lue ♀ea & reliquis ▽is præferenda abstergentibus.

℞.

℞. Ungn. rosat. ℥j.
☿. vivi saliv. hum. extinct. ʒj.
℞ ♌at lign. rhod gt. iij.

M. D. S. **Eußerlich heilend Sälblein.**

Ubi adest ingens inflammatio potest adhiberi ℞ ♃r. Rulandi cum sevo hircino & ossium medulla, item unguentum album camphoratum vel cerussa cum alb. ovorum.

℞. Ungv. alb. Camph.
d. litharg. aa. ℥ß.
℞ ♌at lign. rhod. gt. ij.

M. D. S **Eußerlich trocknend und heilend Sälblein.**

In exulcerationibus phagedœnicis arcanissimum est remedium stercus humanum combustum hisque inspersum. Vel in unguentum redactum.

℞. Nihil. alb. pp.
Cremor. Secal. tost.
p. ros. rubr. aa. ʒij.

M. D. In nodulo excipiaturque charta Turcica. D. S. **Ein Streu-Püschel.**

Crocus ♂is pulveribus ejusmodi non miscendus, quoniam causatur erosiones, ob facilem in ⊕lum mutationem.

Thes. 25.

Ad mitigandam bilem.

℞. ♌ aperit. penot. ℥ß.

D. S.

D. S. Täglicher Spiritus 30. Tropffen in 1. Nößel Bier zu tröpfen.

℞. R. Fl. bellid. cum ♃ ⊕ l. ♂. pp. ℥ß.
D. S. ut suprà.

℞. Acidul. artificial. ℥ß.
D. S. Ut supra.

Thes. 26.

Ultima indicatio obtinetur per has formulas:

℞. R. Corall. c. ♃ Cor. C. M. ʒj.
♃ Cochlear.
Essent. anod. aa. gt. XL.

M. D. S. Lindernde und Schweißtreibende Tinctur 40. Tropffen 2. mahl nach einander stündlich in 1. Gläßlein Wein oder Bier zu nehmen.

℞. ♃ Bezoard. ʒj.
Essent. ⊖ eriac. ʒß.
M. D. S. ut suprà

℞. ♃ ⊖* ʒj.
Cochlear.
Essent. anod. aa. gt. XL.
M. D. S. ut suprà.

℞. C. C. S. △ e.
♁ ij. diaph. aa. gr. xv.
Mithridat. Damocr. ℈ij.
Roob. Sambuc. ℥ß.

M. D. S. Schweiß Mixtur auf 1. mahl.

℞.

℞. Ocul. 69. pp.
ʒij. diaph. aa. ℈j.
flor. ♀r. gr. v.

M. D. S. **Schweiß-Pulver auf 1. mahl.**

℞. Ocul. 69. pp. ℈j.
ʒij. diaph. c. ☉e.
gr. xij.
flor. ♀. gr. v.
M. D. S.

Ut ſupra, in dolore vehementiore poterunt addi p. anod. conf. gr. v.

℞. ♈. flor. Sambuc.
Card. ben. aa. ℥ß.
tenell. C. C. ʒij.
Diaſcord Fracaſt. ʒiß.

M, D. S. **Schweiß-Tranck auf 1. mahl.**

Thas. 27.

In ſcorbuto oris conveniunt hæc.

℞. Conſ. ros. ℥ß.
♈. ℥j.
♏ ⊕l. gt. xxv.

M. D. S. **Mund-Waſſer mit einem Pinſel das Zahn-Fleiſch abzuwaſchen.**

Ad labiorum fiſſuras.

℞. Ungu. roſ, ʒj.
☿ tat & probè edulcorat. gr. iv.

M. D. S. **Eußerlich heilend Sälblein die Leffzen damit zuſtreichen.**

Ad tumores glandularum faucium.

℞.

℞. Flor. prunell.
Calcatripp.
borrag.
bellid. aa. p. ij.
Coqu. in Cerevis. secundariæ M. ℬ.
℞. Decoct. col. dilue
Mell. rosat. ℥j.
☉. ♁iat. ℥j.
M. D. S. Gurgel-Wasser.

CAPUT V.

DE LYMPHA ACIDA.

Thes. 1.

ACiditas quando in lympha prædominatur, oritur intemperies lymphæ acida. Est vero duplicis generis aut enim lympha acida viscida. quæque dicitur styptica; aut corrosiva. Illa primariò observatur in prinis viis, dum nimirum partes alimentorum rassiores diluit, seseque hisce involvit, ut nde energia ejus ratione corrosionis impeliatur. Et utut hæc lympha vim suam corosivam non adeò exercere possit; attamen ene etiam est ponderandum: Dum, quod hæ articulæ viscidæ subinde adhuc aliquot pares fluidiores habeant commistas, quæ pro iversitate copiæ possunt inferre vires corrosivas.

ſivas. Corroſiva verò eſt fluidior, hincque obſervatur primariò in habitu corporis. Quia enim intra vaſa ſemper eſt in motu, conjunctaque cum ſanguine, obvolvitur etiam ejus acrimonia, quam demum exerit in habitu corporis, dum nimirum ope glandularum ſequeſtratur M. S. aliquandiuque hæret in certis ſpatiis ſpatiolisque.

Thes. 2.

In ſpatiis namque majoribus v. gr. in pelvibus in juncturis artuum, in bronchiis pulmonum, in glandulis, cauſatur coagulationes, ex quibus progignuntur vere lapilli, in ſpatiolis verò habitus corporis coagulat ſuccum nutritium remanentem ex S. M. non rarò etiam ipſum ſanguinem cum ſubſtantia viſcerum intra ſeſe, ut inde exurgant varii tumores duri, qui in viſceribus dicuntur ſcirrhi. demum ipſam aggreditur continentia vel partes noſtras ſolidas easque diſſolvit, unde oriuntur in partibus mollibus ulcera phagedœnica, in duris caries.

Thes. 3.

Quoniam autem hæc ipſa acrimonia non poteſt aggredi partes noſtras ſolidas, quando ſimul premat etiam partes nervoſas. Hæ verò preſſæ mox agitentur in motum convulſivum, demumque in tetanum; apparet

quomo-

quomodo ab acrimonia tali causentur obstructiones in partibus carnosis, quas demum subsequitur M. S. intra poros stagnatio. Quia verò humores â corde vi summa impelluntur quaquaversum ulterius liquet quomodo facta tali obstructione & M. S. stagnatione, subsequatur partium intumescentia, & in hac à præsentia copiosi sanguinis rubedo, & calor nimius, quæ omnia simul juncta constituunt in partibus inflammationem.

Thes. 4

Quia verò ulterius sanguis stagnans & copiosus nimium nimiumque in se effervescit, fit ut naturalem suam amittat dulcedinem, degeneretque in qualitatem itidem corrosivam, qua de re partes lymphaticæ & cruentæ non duntaxat â se invicem deficiunt, verum & ipsæ partes solidæ destruuntur, ut inde progignatur suppuratio vel ulcus.

Thes. 5.

Quia prætereà vicinæ etiam partes constringuntur â convulsis inferioribus partim etiam compressis vasis majoribus, patiuntur ob denegatum affluxum stagnationem quandam, sequiturque etiam in his aliqualis intumescentia.

Thes. 6.

Tandem fit ſæpe etiam ut aciditas hæc aliquandiu hæreat in certis partibus eroſis, magis magisque ſtagnando induat vim majorem corroſivam, quæ ſubinde partes vicinas corrodit, in quibus nihilominus ex continuo impulſis partibus viſcidis nutritiis lymphaticis concreſcit copioſa nova caro, aſt inordinata, quæque inde dicitur hyperſarcoma, ſecundum quem modum ſuccreſcunt ulcera cancroſa, quippe quæ utplurimum occupant ſedem in partibus glandulofis v. gr. in mammis, in parotidibus, ſalivalibus &c.

Thes. 7.

Ex his ſatis apparet quomodo in primis viis ex hac intemperie acida ſuboriatur & quidem intemperie acida fluidiore ratione ventriculi appetitus nimius, caninus, vomitus ſiccus, ſ. copioſi ructus, item cardialgia, affectus hypochondriacus; in inteſtinis paſſio colica, obſtructiones variæ interdum: Interdum verò pro diverſitate nempe gradus, eroſiones etiam inteſtinorum, in habitu corporis variæ inflammationes v. gr. in thorace pleuritis, in renibus nephtritis, in manibus chiragra, in dentibus odontalgia, in pedibus podagra, in lumbis

dolor

dolor ischiaticus, in cerebro phrenitis, in diaphragmate paraphrenitis; in pulmonibus Peripneumonia. In singulis deinceps partibus Erysipelas.

Thes. 8.

In ossibus & periostiis ostocopus gallicus, qui in capite dicitur Cephalalgia gallica.

Thes. 9.

In visceribus verò quando fit coagulatio absque inflammatione suboritur scirrhus hepatis, lienis, pulmonum, ipsius cerebri, glandularum mesenterii, testium &c.

Thes. 10.

Quando verò Scirrhi hi succrescunt cum suppuratione, dum nimirum quædam partes coagulantur, quædam verò molliores suppurationem patiuntur, oriuntur ulcera interna cancrosa, qualia sunt in pulmonibus phthisis.

Thes. 11.

Talia autem ulcera maciem summam causantia, non in solis pulmonibus verum præterea frequenter etiam in renibus, in hepate, liene, mesenterio observantur. Imò in omnibus visceribus gallici cujusdam variolarum magnarum partim exsiccatarum partim, adhuc putridarum deprehendi vestigia. Hinc etiam non licet

argumentari, in Gallicis adeſſe nullam exulcerationem in corpore, quando facies externa eſt integra. Non rarò enim viſcera interna longè magis ſunt corrupta, imô nullus gallicus extinguitur absque maraſmo maxime lento.

Thes. 12.

Signa diagnoſtica ſunt ſequentia: Intemperies lymphæ acida in primis viis obſervatur ex continuis doloribus abdominis & præcordiorum gravativis & tenſivis, absque notabili tamen abdominis intumeſcentia. Primariò etiam cognoſcitur, quatenus hæret in ventriculo, ex frequenti laryngis conſtrictione, dum nimirum muſculi laryngis cum muſculis æſophagi rapiuntur in conſenſum, adeſt ſumma reſpirandi difficultas, ob per conſenſum convulſum diaphragma, ingens dolor in utroque hypochondrio, quippe in quo diaphragma cum coſtis ſpuriis cohæret, ſummus dolor etiam in lumbis, dum nimirum proceſſus diaphragmatis inſeruntur in vertebras abdominis usque ad os ſacrum. Hinc etiam talis dolor hypochondriacorum utplurimum mentitur dolorem quendam nephriticum. Quatenus porrò nervi intercoſtales lateris ſiniſtri per conſenſum etiam patiuntur, fit, ut & omnes

muſcu-

nuſculi lateris ſiniſtri intercoſtales convel-
antur, quo facto, ægrotantes conqueruntur
de dolore gravativo totius lateris. Præter
èà adſunt alvi conſtipationes, ructus præ-
cluſi, ſternutatio ob diaphragma convulſum
abolita, utut nares irritatæ reliquique mu-
ſculi exſpirationis ſeſe diſponant ad ſternu-
ationem.

Thes. 13.

In M. S. ſatis ſe prodit hæc acrimonia ra-
tione exulcerationum. In inflammationi-
bus verò majoribus cognoſcitur inde, quod
ut plurimum ægrotantes primo exordio ſu-
bitaneus invadat horror cum ſubſequente in-
caleſcentia, & dolore in certa parte maximè
notabili, ſic, v. gr. in pleuritide oritur dolor
in lateribus pectoris, ſi eſt vera, interdum
etiam circa dorſum & regionem renalem,
item hypochondriis ſi adeſt pleuritis notha.
Diſcrepat verò peripneumonia à pleuritide,
quod in pleuritide adſit vehementiſſimus
dolor pungutivus fixus in certo latere; In
peripneumonia verò aut nullus adeſt dolor
punctorius aut vagus, dum nimirum pulmo-
ne inflammato, compatitur pleura, quippe
cum qua in homine utplurimum pulmo hic
eſt conjunctus. Præterea in omni pleuritide
adeſt difficultas reſpirandi cum tuſſi con-
uncta. In nephritide adeſt dolor in regione

renali versus abdomen, præterea frequentissimus vomitus, adsunt dolores versus umbilicum, versus inguina & utplurimum aut dyssuria aut ⊡æ totalis suppressio, quæ partim sequitur à dolore & inflammatione renum, patim etiam à convulsione ureterum, dum nimirum hi convulsi in consensum rapiunt vesicam ⊡am, quo facto, illa sese constringit ut nondum adsit ⊡. Quare & ægrotantes sæpe quidem interim tamen parum & quidem cum dolore quodam tensivo mingunt. Hæc ipsa convulsio vera & obstructio etiam sæpe suboritur in nephritide, dum ⊡ coagulatur in sabulum, sabulum verò istud in ureteribus colligitur, quo pacto novæ ⊡æ intercipitur via, ut necessario in ureteribus subsequatur pressura quædam, quæ pressura & hæsio sabuli apprimè contingit in obliqua insertione ureterum. Signa arthritidis sunt, quæ æque sicuti in pleuritide & nephritide ægrotantes invadat horror cum subsequente incalescentia, præterea vero dolor mox occupet artus cum aliquali inflammatione. Itaque quotiescunque in artubus oriuntur inflammationes, quas præcedit horror cum subsequente incalescentia, semper simus cauti, ne pinguia ab extra admoveamus, ve etiam suppurationem intendamus, longè potius diaphoretica, blanda in usum vocemus

nus. Dolor ischiaticus verò cognitu est difficilior. Siquidem sæpe est conjunctus cum nephritide. Potissimum itaque signum distinctivum consistit in diuturnitate doloris ischiatici absque difficultate mingendi. Erysipelas verò cognoscitur remotivè, dum nimirum adsunt symptomata allegata & pars affecta neque est in pedibus neque in manibus neque in ossibus abdominis, neque in thorace neque in dentibus. Odontalgia patet per se.

Thes. 14

Phrenitis cognoscitur ex febre continua & delirio. In Paraphrenitide vero præter febrim continuam & delirium, adest difficultas respirandi, unde ægrotantes ut plurimum cum stertore respirant.

Thes. 15.

Scabies maligna cognoscitur ex avtopsia, dum nimirum præter communem scabiem suboriuntur exulcerationes sinuosæ, cum marginibus lividis. Cancer cognoscitur ex copioso hypersarcomate partibus vicinis lividis & quoad partem duris, venis lividis, valde turgidis.

Thes. 16.

Lues ♀ ea tandem cognoscitur ex ostocopo, quo laborantes primariò nocturno tempore cruciantur doloribus, qui ipsum

meditullium oſſium afficiunt, adeo ut quiet
eſſe plane nequeant. Subſequuntur in his
apprimè verò in tibiis & ulnis item circa
manuum carpos gummata, vel tumores ma-
ximè doloroſi. Circa nares ſæpe adeſt obſtru-
ctio ita, ut conquerentur de difficultate
emungendi, circa oſſa naſi vehementiſſimus
dolor. In faucibus ſæpe adeſt eroſio. In
pudendis ſæpe adeſt excoriatio, adſunt ver-
rucæ doloroſæ, adſunt puſtulæ lividæ maxi-
meque doloroſæ, adeſt frequenter in ſexu
maſculino gonorrhœa, in fæmineo fluor al-
bus eroſione partium.

Thes. 17.

Scirrhi cognoſcuntur & quidem in hepate
& liene ex continuo dolore gravativo &
quidem hepatis ex dolore hypochondrii
dextri, lienis verò hypochondrii ſiniſtri, adeſt
præterea continua reſpirandi difficultas.
Scirrhus pulmonum cognoſcitur ex ortho-
pnœa ſine rejectione ullius materiæ viſcidæ.
Diſtinguitur ab orthopnœa vel aſthmate
convulſivo, quod aſthma convulſivum certa:
patiatur remiſſiones, ſcirrhus verò infert
orthopnœam continuam & diuturnam.
Scirrhus cerebri cognoſcitur ex lenta amiſſi-
one facultatum animalium absque febre.
Scirrhus in teſtibus aliisque glandulis facili-
bus dignoſcitur tactu.

Thes.

Thes. 18.

Signa exulcerationum viſcerum ſunt rejectio materiæ purulentæ ſic.v. gr. exulceratio pulmonum cognoſcitur ex copioſa rejectione materiæ purulentæ in tuſſi. Ex renum excretione materiæ purulentæ per ⊡am veſciæ ⊡æ ex rejectione materiæ purulentæ cum fibris membranaceis per ⊡am cum intenſo dolore in regione veſicæ.

Thes 19.

Signa prognoſtica ſunt omnis morbus oriundus ex lympha acida & utplurimum chronicus. Interni autem morbi & univerſales rarò radicitus exſtirpantur, hanc v.gr. qui ſemel eſt perpeſſus malum hypochondriacum, utplurimum ſæpius illo vexatur. Quomodo arthritidis ſpecies reſpondet in propatulo eſt. Lues ♀ea inveterata rarò, imo nunquam radicitus eſt curata. Niſi forſitan quiſpiam confuderit ſcabiem pertinaciorem cum lue ♀ea. Cancer exulceratus rariſſimè etiam curatur. Exulcerationes internæ difficillimæ itidem ſunt curationis, patiuntur tamen curationem faciliorem in pleuritide in pulmonibus etiam niſi acceſſerint ſuppurationes cancroſæ, hinc facilè curamus pleuritidem, peripneumoniam, nephritidem etiam cum rejectione materiæ cruentæ; difficillimè verò imò totaliter nunquam perfectam

phthisin. Phrenitis est periculosissimus etiam affectus, attamen sæpe etiam curatur dum conjungitur soli causo; Difficulter vero dum comitatur morbos malignos.

Thes. 20.

Curatio lymphæ acidæ institüatur secundum has indicationes: lympha accidatur taque evacuetur, nervi convulsi sedentur Partes gangrænosæ vel etiam suppurata tollantur.

Thes. 21.

Prima indicatio obtinetur primariò per medicamenta omnis generis alcalia, inter quæ ex mineralibus agmen ducunt ♂ia v. gr limatura ♂is præparata, Crocus ♂is aperitus ♀9 ♂us, ♄ diaph. cum ♂e, Crocus ♂ cum ⊖bus, Essent ♂is liquid cum succo pomorum. Polemannus equidem in Tractatu de ♀re philos. flor. suis ♂is ex lap. hæmat tribuit magnam virtutem. Attamen quo minus eam hisce tribuam, suadet vis styptica illis inhærens. Item censendum etiam est de flor. ⊖+ ♂is, Interim tamen penitus hos rejectos nolo, sed saltem volo ut ne adhibeantur quotidie. singulis septimanis juxta autoris dicti consilium. ♂is ☾is vel lixivium paratum ex minera ♂is flavedinem ☉ simulante, cum ♈ pluviali factum, hic etiam locum invenit. Ex regno animali primario hic prosunt ♋♀

⊡ſi temperati, hinc v. gr. ♎♃. carminativus D. Michaël. S. ♎♃. ☾i ⊡ſus. Nam utut ☾e ♈a effodiatur, attamen valdè verò fit ſimile, quod hoc ipſum ⊖ ⊡ſum debeatur animalibus in locis illis ☾is degentibus. Huic ſuccedunt ♎⊡ſi reliqui, ut ♎⊖✱i, C. C. cran. human. Deinceps ex regno animali conferunt partes animalium duræ ſolum raſæ, vel etiam ſine △e præparatæ. Quare & compoſita ex his conferunt v. gr. pulv. Marchiòn. antepil. in pharmacop. Auguſtan. deſcriptus. Ex regno vegetabili ſunt herbæ amaricantes v. gr. Card. ben. abſinth. Cent. min. filix, fumar, ſcolopendrium &c. quæ communiter audiunt, herbæ ſpleneticæ, ex his compoſitæ ſunt Eſſent. variæ quæ valdè amaricantes contrariantur aciditati nimiæ. Imo forſitan etiam non fallax eſt conjectura pilulas recenter allatas Herbipolenſes ex ſimilibus herbis amaricantibus cum ſucco Glycyrrhiz in maſſam formatis (quibus contra arthritid. malum hypochondriacum, calculum &c. utuntur in aula Dresdenſi) deinceps plantarum harum ⊖ia per incinerationem parata valdopere etiam conferunt. Unde ♀rea omnia etiam hic locum inveniunt imprimis Ræ ♀r. tam ſimplices quam compoſitæ v. gr. Ra. ♀r. acr. Ra ♂is z. aperit.

Secun-

Thes. 22.

Secunda indicatio obtinetur dum aciditas hæc eſt in primis viis v. gr. in malo hypochondriaco extra paroxyſmum per purgantia fortiora v gr. per medicamenta ex regno vegetabili ſcammoniata, ex Jalapp. mechoacan., exquibus proſtant varia compoſita mixta cum ♀reis primario, v. gr. crem ♀ri. ♀r. ⊕lat. ♀r ♂tus, ⊖ ♀r. Eſſentificat v. gr. pulvis cathol. purgans D. Michael. apprimè tamen huc faciunt medicamenta parata ex gumm. ✱o & Benzoe, quippe in qnibus latitat ⊖ aliquod acre fortisſimum, quod ſummæ eſt efficaciæ in præcipitanda materia viſcida acida, & præterea etiam ſtimulandi; evacuationes, hinc v. gr. proſunt pilulæ ex ✱o Quercetani vel quæ vis pilulæ ex ✱o in ✠o primario Scillitico ſoluto paratæ, quæ pilulæ pro diverſitate temporis nunc mitiores etiam porrigi poſſunt.

Thes. 23.

In paroxyſmo verò hypochondriaco uti in omnibus conjunctis inflammationibus v. gr. pleuritide, eryſipelate, Arthritide &c, Exhibeantur ſola purgantia mitiora ex ſenna np. manna, polypod. &c. Quibus etiam præprimis verò alvo obſtructa vel duriore ſubſtitui poſſunt Clyſteres, qui parandi ſunt ex emollientibus & carminativis cum ⊖is commiſtis.

Thes.

Shes. 24.

Ad talia laxantia in malo hypochondriaco
:iam ſunt referendæ acidulæ, qua copioſio-
:s haſtuæ item evacuant.

Thes. 25.

Ubi verò aciditas penetravit jamjam in M.
inibique cauſata eſt eroſiones, coagula-
ones, adhiberi poſſunt purgantia fortiſſi-
ıa, v. gr. ♄ lia, ☿ialia &c. nonnunquam
:iam, dum nimirum appetitus eſt proſtra-
ıs anguſtiæque obſervantur in præcordiis,
ɔmitoria v. gr. ☿ vitæ in ſubſtantia, item
:llebor. alb.

Thes. 26.

Peculiaris eſt evacuatio uſurpanda prima-
ò in lue ♀ ea, quæ tamen optime etiam ad-
iniſtrari poteſt in cancro aliisque ulceribus
ıagedænicis & ſinuoſis ſordidis curandis
mirum ⊖vatio. De qua ſummatim hæc ſunt
ɔſervanda (1) nunquam inſtituatur pulmo-
bus vel aliis etiam internis viſceribus jam-
n valdopere eroſis & ſuppuratis. (2) ⊖va-
ɔnem ſemper prægrediantur temperantia
fortiter evacuantia (3) ⊖vatio cau-
tur per ☿ium q. f. p. paucum. (4) ⊖va-
ɔ ſemper inſtituatur in hypocauſto ſatis
lido (5) ⊖vatio nunquam inhibeatur,
ɔnec ceſſet ſponte. (6) Fauces & gingivæ
⊖vatione eroſæ optimè & frequentiſſimè
abulan-

abluantur, ne partes erosæ vel concrescant, vel in iis etiam hypersarcomata succrescant.

Thes. 27.

Purgantia verò hic præmittenda ante ⊖vationem optima sunt ☿ia cum aliis mista v. gr. turbith minerale cum gummi gutt. in pilulas redactum, est sufficiens purgans v. gr. turbith. gr. xij. gum. gutt. gr. iv. cum mica panis redigantur in unam pilulam majusculam vel turbith. min. gr. xij. scamm. rosat. gt. vij. f. l. a. pilulæ 4. vel 5. Exhibito tali purgante, deinceps fiat inunctio externa cum ☿io vivo v. gr. ☿us vivus vel cum unguento pomato vel rosato inungitur partibus externis, quo facto sensim atque sensim suboritur ⊖vatio. Deinde promovetur etiam hæc ⊖vatio per masticationem bacilli ☿ialis componuntur autem ex ☿io vivo cum saliva humana extincto & farina triticea cum melle. Hi bacilli in ore sunt detinendi leniterque masticandi. Commodioris consistentiæ causa potest addi etiam tantillum thuris vel mastichis: cum arc. corall. vero res adhuc felicior succedit; quippe quod ⊖ivationem causatur absque adjumento inunctionis.

Thes. 28.

Cæterum gingivarum palati & faucium erosioni succurrimus per gargarismata parata

ta ex lignorum decoctis cum melle v. gr. ſaceo rutaceo. Hyperſarcomati verò non teſt præſtantior accommodari medicina Ra ea. ⊕li in hunc uſum parata. ℞. ⊕lum ſolve iquoties, abſtrahe ♃a una cum tantillo ♌ infunde ♈ & habebis Ram laudatam. Quæ im parantur ex ⊕ris nervis omnibus ſunt imica, hinc ægrotantes maximè debili- ti patiuntur verrigines, nauſeam, tin- itum aurium, imò omnia fermè mala. a. vero ⊕ li ſaltem aliquantillum lædit acri- oniá prætereaque dolor hic eſt aliquot omentorum, ſubſequitur enim mox grata alcedo cum ſtypticitate gingivis & dentibus roficua. Interdum ⊖vationem diutur- orem ſequuntur hæmorrhagiæ gingiva- um, oris & narium largiores, â quibus men non metuendum, ſponte namque ſinunt.

Thes. 29.

Quia vera poſtquam ⊖vatio aliquandiu ravit, dentes vacillant, palatum, lingua fauces cum gingivis excoriantur. fit ut aſticatio ægrotantium tollatur omnino. uare alimenta ſunt porrigenda fluida. v. gr. ſcula ſpiſſiora ex cereviſia ſecundaria & ne intrito ſimulque cocto, item ex cre- ore avenæ. hordei &c. parata. Commu- ter equidem denegant ægrotantibus tem-

tempore ⊖vationis vinum, attamen rigor nimius hinc etiam eſt ſupervacaneus, multoties enim ſummam vim analepticam obſervavi in ægrotantibus ex hauſtulo vini generoſi. Neque hic metuendum ſibi eſſe à diuturniori alvi obſtructione experientia me docuit. Siquidem memini viri generoſi qui ultra 16. diem alvum non depoſuit tempore ⊖vationis, hanc tamen cum ſumma euphoria ſuſtinuit.

Thes. 30.

Tertia indicatio obtinetur per diaphoretica cum anodynis conjuncta v. gr. per theriacalia cum ♏ ♌ 9 ♃ libus ⊡ is conjuncta item ☿lia ♈a, ♈a ☿ialia v. gr. ☿ imprimis vero hic conducit Ra ☿ii cum anodyno quodam miſta.

Thes. 31.

Externè verò ubi nimirum fit partis affectæ contactus immediatus v. gr. in arthritide, Eryſypelate, cancro etiam maximè eſt eo allaborandum ut abſtineamus à maturantibus vel ſuppurationem promoventibus, ſemper enim exinde oriuntur ulcera phagedœnica diuturna & difficillimæ curationis, prout quotidiana atteſtatur experientia. Potius verò operam demus ut externa anodyna applicemus. Talia autem ſunt primariò omnis generis parata ex ♄no. v. gr. ipſum mini-

ninium, nihilum album præparat. Tutia
ræparata, plumbago. Ex regno vegetabi-
valdopere etiam convenit ſambucus ratio-
e corticis ſui inferioris flaveſcentis, item
olia ſolani officinalis recentia vel lacte ma-
erata. Præterea valdé ſunt proficua, utut
etulis etiam nota, ſemina ſecalicea, triticea
zavenacea, communiter verò aſſumimus fa-
inam, ne grana majuſcula partem affectam
imium premant.

Thes. 32.

Ubi verò partes affectæ ſunt intimiores
.gr. in pleuritide, peripneumonia, nephri-
ide, phrenitide, proſunt hæc ſemina cocta
d conſiſtentiam maſſæ & adeò calida, quam
egrotantes perferre valent, applicata, mul-
otiesque repetita.

Thes. 33.

Hæc ipſa Cataplaſmata in arthritide de-
num ſunt vocanda in uſum quoque, quando
bullitiò interna remittit, attamen ita, ut ſu-
loriferis & anodynis adhuc continuemus.
int verò in omni arthritide compoſita ex
olano, hyoſcyamo, cicuta, cremore avenæ,
ale enim cataplaſma in podagra non ſolum
nultoties ſum expertus proficuum, verum
ræterea commendatur etiam â Lindano in
Collegio practico contra dolorem hypo-
hondriacum.

Thes. 34.

Quibus interdum cataplasmata videntur sordida, vel qui malo nondũ nimium aucto sunt incommoda, iis etiam præscribi possunt emplastra v. gr. in malo hypochondriaco ex gumm ℞o. cicuta, nicotiana parata, communiter dicuntur **Miltz-Pflaster.** Talia emplastra imponi etiam possunt artubus. v. gr. emplastrum diaphor.

Thes. 35.

Quæritur de V. S. Utrum & quomodo in his casibus conveniat. Pro responsione notetur, quod V. S. in omni Erisypelate externo sit periculosa, dum nimirum vena aperta sanguinis fit revulsio, qua facta cessat in artu dolor & pondus, quod præponderando internas convulsiones sedavit, und convulsiones istæ oriuntur de novo, novaque in M. S. suboritur effervescentia. Quare & communiter dicunt **die Rose oder das** Podagra **ist ihm in Leib geschlagen.** Contra vero in Inflammationibus internis omnino prodest V. S. quantum per revulsionem dissolvitur illa interna inflammatio partibus nobilibus vicina, imo quia partibus interni inflammatis utplurimum adhuc durat ebullitio, quæ inflammatione existente in partibus externis, utplurimum desiit, illa citius sedatur, hæc vero per modum recidivæ cujusdam

de novo excitatur. Quapropter in nephritide, pleuritide, peripueumonia, phrenitide, etiam omninò prodeſt, V. S. dum nimirum adminiſtratur primis diebus, Ultimis enim quando ſanguis ſtagnans jamjam concepit p. n. motum inteſtinum, partesque inflammatæ tendunt ad ſuppurationem parum proderit.

Thes. 36.

Maximè tamen etiam cauti ſimus in V. S. inſtituenda, ne eam celebremus in his morbis, quando iis eſt conjuncta quædam malignitas, quæ dignoſcitur primariò ex pulſu inæquali tremulo debili &c. & ex contagio. Sic v. gr. anno 1682. in ædibus mente captorum noſtris ſuboriebatur pleuritis maligna & contagioſa, quæ lecto affigebat 25. homines & nullum erat dubium quin omnes invaſiſſet, niſi ſeptem exemti eſſent alumni. Contra v. l. in vicinis ædibus vel in toto etiam ſuburbio ſimile quod non obſervabatur, ægrotantes interim ſenſim atque ſenſim affligebantur, ut proinde omnino liceret præſumere contagium. Ex his ægrotantibus moriebantur tres, Magiſter ædium, qui moroſus renuebat omne medicamentum, deinceps mulier mente capta, & (3) puer VII. annorum phthiſicus. Cæteri omnes reſtituebantur ſanitati absque V. S.

Thes. 37.

Ultima indicatio obtinetur partim manu Chirurgi, partim per medicamenta. Manu chirurgi exſcindendæ ſunt partes cancroſæ ubicunque in corpore commodè id fieri poteſt. Sic v. gr. quando cancer occupat mammam omnino tota mamma eſt præſcindenda, ſi labium occupat itidem. Commoditatem verò demonſtrat anatomia. Requiritur namque quemadmodum in dictis partibus fieri poteſt, ut partes undiquaque apprehendi, & conſtringi fortiter poſſint, quo nimirum præcaveamus largiorem & noxiam hæmorrhagiam. Contra verò ubi partes non undiquaque poſſunt apprehendi & præſcindi, ibi medicamenta applicentur corroſiva v. gr. 1682. virgo quædam vetula in clitoride alebat ſcirrhum cancróſum, qui inferebat dolores exquiſitiſſimos hinc perſuaſa à garrula vetula matrona, ſeſe ſubjiciebat manibus chirurgorum, qui præſcindebant equidem partem clitoridis ſcirrhoſam. Enimvero infeliciſſimo cum ſucceſſu ſequebatur etiàm excreſcentia ſcirrhoſa, quam ægrotans ſemper comparabat cum cornu duriſſimo, imo ipſa labia pudendorum, carunculäque myrtiformes adeò tranſmutabantur in tumores cancroſos ſcrirrhoſos, ut deinceps neque [illegible]am ſine ſummo dolore

neque

neq; excrementa reddere, neque ſedere neq; ambulare poſſet, imò anno V. præterlapſo, ſuppuratio pudendorum interna cum maraſmo hanc miſerrimam liberabat â vita & dolore. Qua propter omnino ſimus cauti in ciſione talium tumorum & ulcerum. Medicamenta verò corroſiva hic proficua ſunt ſumenda primariò ex mineralibus, ſic ⊕ egregium eſt unde & unguentum Apoſtolorum multa operatur in ſeparatione & depuratione talium ulcerum. Applicito hoc unguento, ſuper imponatur emplaſtrum ſtypticum Crollii vel dia ♀ris Rulandi. Idem præſtat unguentum Ægyptiacum, ſi nimirum ei admiſcetur â ⊕ aut unguentum Apoſtolorum. Omnibus tamen palmam præripit, ▽ externa i. e. lixivium turbith. mineral. ▽æ hæ in cura luis ♀eæ communiter dicuntur Tib-Waſſer. Quæ videri poſſunt apud autores præſtantiorem verò ego non ſum expertus hâc, ut ut multas earum ſpecies probaverim.

Thes. 38.

Hæc ſunto dicta de partibus ſuppuratis externis. Internæ verò v. gr. in pleuritide, nephritide, peripneumonia &c. Tolluntur per medicamenta ſuperius commendata in lympha viſcida per tuſſim evacuanda.

Si verò vires id adhuc permittunt, tutissime exhiberi potest intus arc. Corall.

Thes, 39.

Formulas ad indicationem primam vid. superius.

Thes. 40.

Ad secundam verò & quidem extra paroxysmum in hypochondriacis sunt sequentes.

℞. ♀r. ♂ial. ℈i.
p. Jalapp. gr. iij.
diagryd. gr. j.

M. D. S. **Erweich-Pulver auf 1. mahl des Abends in frischem Biere zu nehmen.**

℞. Limat. ♂is. pp.
fœcul. ar. gr. xij.
p. Jalapp. gr. iij.
diagryd. gr. ij.

M. D. S ut suprà.

℞. R. ☿ij. ♀r. gt. xxx.

D. S. **Erweichende** Tinctur **auf. 1. mahl.**

℞. Essent. ♂is liquid. gt. xxx.
D. S. ut supra.

℞. p. cathol. purg. gr. xxxv.

D. S. **Purgier-Pulver auf 1. mahl.**

℞. ♀r. ⊕lat.
☿ij. dulc.
Scamm. ♃r. aa. ℈ß.
M. D. S. nt suprà

℞. Syrup. de Cichor. cum Rhab. polypod.
℣. Cichor. aa. ℥ij.
p. Jalapp. ℈ß.
Scamm. ♀r. v.
arc. 2pl. M. gr. viij.

M. D. S. **Purgier-Säfftlein auf 1. mahl.**

℞. MP. ex ✱o quercetan. ℈j.
Resin. Jalapp. gr. viij.

f. l. a. Pilulæ cum Ra ℥ij. no. 30. D. S. **Purgier-Pillen 13. des Abends und 18. des Morgens darauf zu nehmen.**

℞. Herbæ Scolopendr.
filicis. aa. M. ß.
Flor. Cichor.
genist.
bellid. aa. p. ij.
Rad. Cichor.
filicis.
polypod.
Jalapp.
mechoacann. aa. ℥ß.
Fol. Senn. Al. S. S. ʒx.
Sem. anis. ℥vj
C. ♀r. ℥ß.
Limat. ♂is pp. ʒj.

Incis. & Contus. in sue Sacculo lineo. D. S. Laxier-**Püschel in 2. Kannen Wein**

zu thun / und täglich 2. Gläser darvon zu trincken.

℞. Fl. Cichor.
bellid.
geniſt. aa. p. ij
Rad. Jalapp. ʒj
Fol. Senn. Al. S. S. ℥iv.
C. ♀r. ʒß.

F. l. a. Nodulus. D. S. Laxir-Püſchel in eine Kanne Bier zu hängen / und über Tiſch davon zu trincken.

℞. Spec. emoll.
carmin. aa. M. iij.
Sem. lin. ℥j.
Bacc. juniperi. ℥ß.

F. l. a. Decoctum in ▽ fontan.

℞. Decoct. Col. ℔j.
Elect. hier. cum agar.
de bacc. laur.
mel. anthos.
ros. aa. ℥ß.
⊖ gemm. ʒj
vitell. ovorum no. j.

F. l. a. Enema

℞. Fol. Senn. Al. S. S. ʒiß.
paſſul. min. ℥iß.
C. ♀r. ℥j.

F. l. a. Decoctum cum prunis damaſcenis

℞.

℞. Decoct. Col. ℥ij
mann. calab. ℥ß.
vel Decoctum Senn. cum Rhabarb. Mynſ.
M. D. S. Laxir **Tränckleín warm gemacht auf 1. mahl zu nehmen.**
℞. Spec. Diaſenn. Mynſ. p. decoct.
. l. a. infuſum ſtent per noctem in loco calido manè ebulliant colentur.
D. S. Laxir-**Tränckleín auf 1. mahl.**
NB. In mulierum pasſionibus hyſtericis obnoxiis ſemper poterunt commiſceri gutt, aliquot eſſent. caſtor. aut ♏ ⊖✱:

Thes 41.

Formulæ vero in cancro, lue ♀ea & paribus ſcirrhoſis externis ſunto:
℞. Extract. Glycirrhiz. ſ. q. ℈j.
Turbith. min. gr. xij.
. l. a. pilula no. 9. D. S. **Purgier. Pillen auf. 1. mahl.**
℞. ☿-tat ℥ß. c. ſ. q. micæ panis
t, l. a. pilulæ no. 2. D. S.
Pillen auf 1. mahl.
℞. ☿ dulc. ℈j.
Reſin. Jalapp.
Gumm. gutt. aa. gr. iv.
. l. a. pilulæ cum Ra ♃ii ♀ſat. no. 15.
D. S. **Purgier-Pillen auf. 1. mahl.**

Thes. 42.

Formulæ ad tertiam indicationem.

℞. ♏us ⊖✱
Essent. anodyn.
cast. aa. gt. xxx.
M. D. S. Lindernde Essenz.

℞. ♏. Carm. de ʒbus.
Essent. anodyn.
cast. aa. gt. xxx.
M. D. S. ut suprà.

℞: p. March. antepil.
spec. Cephal.
aa. ℥ß.
anod. conf.
gr. v.
M. D. S. Abend-Pülverlein.

℞. R. Corall. c. ♏. Cord. C. gt. L.
Essent. Anodyn. gt. xxx.
M. D. S. Sonderliche Essentz auf 2. mahl innerhalb 2. Stunden zu geben.

℞. Extract. castor. gr. v.
Laud. hysteric.
gr. ij.
c. s. q. Semin. lycopodii F. pilulæ no. 9.
D. S. Lindernde Pillen auf 1. mahl.

CAP

CAPUT VI.

DE VITIIS SANGUINIS.

Thes. 1.

SAnguis noſter naturaliter ita debet eſſe conſtitutus, ut gaudeat blanda quadam dulcedine præterea que fit mediæ conſiſtentiæ ratione fluiditatis & firmitatis. Hinc conjuncta lympha ſecundum omnes ſuas partes penetratur, quo facto, ſangvis bene dilutus non duntaxat per totum corpus in arteriis admovetur, verum etiam per venas revehitur. Quo ipſo motu inſimul excitat in ſeſe blandum aliquem motum fermentativum, ex quo in corporibus humanis exurgit blandus totius corporis calor.

Thes. 2.

Hic igitur naturalis ſanguinis ſtatus invertitur quidem nimirum primo ſanguis ſuſcipit qualitates peregrinas i.e. eas quæ non concurrunt ad conſtitutionem ſanguinis dulcis blandeque fermentantis. Sunt a tales qualitates, quæ ratione acidi naturalis excedunt, vel etiam ratione alcali abundant, ut inde exurgant, aut coagulationes ſanguinis, ita nimirum ut ſangvis totus degeneret

in

in mucedinem nigricantem viſcidam, qua lis obſervatur in ſangvine hecticorum, au faceſſat in mucum tenacem albicantem, qua lis obſervatur frequentiſſimè in febribus ca tarrhalibus, maximopere verò in Cauſo & demum in omnibus corporibus diuturnas fe bres perpeſſis, ex quibus nimirum reſultat ſæ pe cacochymia, quæ ſummum gradum ade pta dicitur Cachexia. Hæc vitioſa ſanguini diſpoſitio deinceps variis modis incommoda actiones naturales, unde etiam nova exur gunt vitia. Sic v. gr. naturæ convenien eſt, ut decimo præterpropter quarto anno, & deinceps quovis menſe in fœminis hæmor rhagia uteri ſpontanea inſtituatur. Quoti es verò ſangvis dicto modo eſt vitioſus, to ties etiam hic obſervatur, aut totalis menſi um ſuppreſſio, quæ ſimul etiam infert habi tum quendam leucophlegmaticum totiu corporis, frequentesque in ſangvine ebulli tiones febriles, unde oritur fœminarur chloroſis: Aut excernitur duntaxat mate ria quædam lymphatica albicans, o ſangvinem nempe viſcidiorem, unde exur git mulierum fluor albus, aut materiæ ta lymphaticæ quædam ſaltem commiſcentu particulæ cruentæ, unde oritur menſiur decoloratio.

Thes. 3.

Non raro M. S. degenerat etiam fluiditatem nimiam, ex qua ſequun-
r hemorragiæ largiſſimæ adeò, ut ſangvis
x profluat ſub forma cruoris, ſed potius
b forma ſatis ſaltem tincti, id quidem
quoties obſervavi in hæmorrhagiis na-
ım.

Thes. 4.

Interdum. M. S. etiam tota tota in grumos
agulatur, ut ſic coagulata inſtar cincorum
rallinorum intra vaſa hæreat, fruſtulatimq;
imi queat vid. Pauli Tractat. de febribus
alignis.

CAPUT VII.

DE FEBRIBUS IN GENERE.

Thes. 1.

ARdua eſt quæſtio de parte affecta prima-
riò febrium. Hippocrates enim, Ga-
nus, plurimique tam veterum vide Sen-
ert. quam recentiorum vid. Willis, & Sylv.
ınnes febres imputaverunt M. S. p. n. fer-
entanti à vitiatis principiis fermentationi
mini.

miniſtrantibus, v. gr. bile, fermento ventr
culi, ſucco pancreatico. Helmont ve
primis capitibus Tractat. de febribus hiſ
contradicit è diametro aſſerens, non in M
S. verum potius in arch. quærendum eſſe pr
mum febrium nidum. Sæpius vero eſt demo
ſtratum quod quicquid Helmontius per a
chæum furentem ejusque exorbitantias ex
ponere ſatagit, tribuendum ſit ſyſtemati ne
voſo in varias convulſivas motiones act
Hinc etiam ipſe Willis eo devenit, ut ho
rores febriles imputet motibus convulſivi
quos perpetiuntur plexus meſenterici e
ſucco lymphatico per fermenta vitiata inf
fecto, ita tamen ut demum hi ſucci vitiati i
M. S. moti ebullitiones febriles cauſentu
Imo & ii, qui multa explicare ſtudent pe
9, hos etiam allegant primario & prim
affectos in febribus.

Thes. 2.

Nos hic brevitati ſtudentes aſſerimus
quod omnino Helmontiana argumenta ſin
ſummi ponderis. Etenim dum ſentis acu
leus digitum meum lædit, hic profecto o
dinario infert digito febrim particularem
Suboritur namque ſub exordium exquiſiti
ſimus dolor cum horrore totius corpori
ſubſequitur digiti vehementiſſima inflam
matio & non raro totius corporis langu
cu

ıum agrypnia &c. Ubi profecto ἄτοπον cer-
ıitur asserere aculeum hunc tanquam vitio-
ıum fermentum læsisse sangvinem, coagula-
ionemque causatum esse, longè potius ita-
ıue statuendum est, aculeum hunc premen-
lo partes nervosas excitasse convulsionem,
ıuam subsecuta est totius systematis nervosi
:onvulsio, unde horror & ob remittentem
:ordis motum subitaneum totius corporis
rigus. Ob factam vero convulsionem in fi-
ɔrillis propè aculeum infixum necessario
ubsequitur sangvinis stagnatio, qua facta, no-
æ guttæ a cordis vi impulsæ magis magis-
ıue fibrillas conantur disrumpere, unde no-
ıus dolor, novusque fibrillarum subsequi-
ur spasmus. Quibus rebus fit, ut copiosa
M. S. colligatur hincque copiosiorem calo-
em causetur, & demum per motum intesti-
ıum, locali denegato, ulterius insese effer-
escat, donec abeat in materiam purulen-
am, aut aculeo subtracto anodynisque usur-
atis, rursus diffluat.

Thes. 3.

Hæc omnia si conferimus cum febribus
ımilem sibi quisque concipiet genesin ea-
um. Haud enim facilè nos invadit febris
bsque insigni horrore cum motibus convul-
vis artuum, intestinorum, ipsius cerebri, ita
t nunc patiantur præcedaneas diarrhoeas,

vomi-

vomitus, animi deliquia, ſenſuum externo rum ſubitaneas inducias, cum ſubſequent exæſtuatione totius corporis. Imo non fa cilè quiſpiam invenerit profundius vulnu reſanatum absque ſuperveniente febre trau matica.

Thes. 4

Iaque in praxi ita nos geramus, ut hau quidem hanc controverſiam dirimamus, in terim tamen utrique ſententiæ inhærentes tam rationem ſyſtematis nervoſi convulſi quam. M. S, in motum actæ rationem ha beamus; ſiquidem per breve temporis ſpa tium in febribus durat illa convulſio abs que immutatione M. S. Imo plurimæ et jam febres originem ſuam trahunt ex vitia tis fermentis, quæ deinceps ſeu primo ge nus nervoſum, ſeu M. S. lædant parum re fert in praxi.

Thes. 5.

Dicimus vero naturam omnis febris con- conſiſtere in p. n. quædam M. S. fermenta tione, qua particulæ ⊖næ ſibi contrariæ ve hementius ſe ſe penetrando excitant calo rem fortiorem naturali. Unde & hic calo deinceps percipitur in ſingulis corporis no ſtri partibus. Oritur autem illa p. n. fer mentatio à conſtrictione vaſorum capillari um

um in certis partibus, quæ constrictio causa-
tur horrorem nunc majorem nunc minorem
in corpore humano. Hæc ipsa verò constri-
ctio originem trahit aut á fermentis corpo-
re nostro corruptis; aut à peregrinis miasma-
is ab extra susceptis, aut ab ipsis interdum
inimi nostri vehementioribus commotioni-
bus.

Thes. 6.

Hinc patet etiam, quod pars affecta in fe-
bribus ratione caloris p. n. sit M. S. hancque
ontinens vasorum structura. Ut proinde
quicunque cum veteribus truncos venarum
najores loco partis affectæ allegat, habeat
n quo cum veteribus conveniat. Horror ve-
ò & ut plurimum febres præcedens partem
ffectam agnoscit systema nervosum, quo
ensu facilè consentiri possumus iis, qui fe-
res conantur deducere ex ⌒bus. Ratione
ausæ efficientis partes affectæ sunt sæpissimè
entriculus & intestina, p. n. lympha viscida
ppleta, unde & non refragamur veteribus as-
rentibus, febres originem trahere ex putre-
ine. Ipsa etiam bilis non rarò fit viscidior, un-
e febricitantes in lingua sentiunt insignem
naritiem, quare rursus convenimus cum
eteribus asserentibus certas febres biliosas.
um affirmamus febres originem trahere
tenus, quatenus certa capillaria vasa con-

ſtringuntur, quo facto, ſangvis in ſe ipſum agit, per naturalemque fermentationem concipit, ſatis apparet quomodo & veterum in febribus læſa tranſpiratio huc accommodari poſſit.

Thes. 7.

Cauſa itaque febrium proxima eſt, quicquid quocunque modo ſangvinem in motu ſufflaminare præter naturalemque effervescentiam excitare poteſt. Probatur autem hæc Theſis ex febribus artificialibus dum nimirum minus artificioſe imperit Chirurgi non rarò in vulneribus, apprime verò in fracturis per ligaturam fortiorem item per caſuales preſſuras noſmet ipſi in nobis excitamus inflammationes, quas non rare ſupervenit perfecta febris.

Thes. 8.

Diviſio febrium communiter eſt hæc quod aliæ ſint continuæ, aliæ verò intermittentes. Intermittentes verò rurſus vel continuentes i. e. eæ, quæ quidem continuo nos affligunt, interim tamen certis horis paroxyſmos vehementiores cauſantur. Contra verò plenariæ intermittentes extra paroxyſmum ſæpenumero parum incommoditatis nobis inferunt. Ratione intermiſſionis febres quotidianæ, quæ ſingulis diebus hominem

minem affligunt, Tertianæ, quæ tertio quovis die & quartanæ, quæ quarto demum die recurrunt. Deinceps bene etiam sunt distinguendæ à se invicem, febris quotidiana à tertiana duplici, item tertiana à quartana duplici, quippe quæ satis frequenter observantur.

Thes. 9.

Causa talium paroxysmorum ita est abstrusa, ut à nemine hactenus satis digne sit exposita. Ut ut satis sit probabile, eam oriri ex causis naturalibus. Hinc etiam ut plurimum febris in cremento anticipando recurrit. v. gr. quando die Saturni hora 10. antemeridiana primus observatur paroxysmus, secundus verò die Lunæ circa octavam matutinam. In decremento verò postponendo, ita nimirum ut febris dictæ secundus paroxysmus repetet circa tertiam pomeridianam.

Thes. 10.

Hanc causam ut ut eruere nequeamus: attamen verissimum est, febres tales intermittentes originem suam sæpenumero trahere ex vitiatis reliquiis alimentorum in primis viis hærentibus, quæ proinde communiter etiam audiunt **Magen-Fieber**. Omnes autem his imputare non possumus, cum

conſtet, quod interdum febres tales, v. gr. intermittentes graſſentur per longum terrarum diſtrictum; v. gr. anno ſuperiori 79. per Germaniam adeo frequens obſervabatur tertiana, ut in novellis aliquoties ejus fuerit mentio facta, imò ipſe à Martio usque ad Julium quingentos curavi tertianarios. De quibus tamen non eſt præſumtio, quod vitium foverint in reliquiis alimentorum, cum in tot ac tam diſtantibus locis diverſiſſimæ habeantur eſcæ. Quare potius ſuſpicamur vitium hoc fuisſe quærendum in ⚲e tanquam cauſa aliqua communi. Imò hinc etiam tertianæ frequentes ſunt, ſub exordium veris, quartanæ verò autumni.

Thes. 11.

Signa diagnoſtica in omni febre intermittente ut plurimum quoad primum paroxyſmum ſunt communia, ſunt autem primo ut plurimum ſubitaneus horror oriens circa regiones lumbares & dorſum cum ſubſequente horrore totius corporis; cum livore unguium, palpitatione labiorum, dentium ſtridore & tremore maxillæ inferioris, quæ omnia ſenſim atque ſenſim ſubſequitur anxietas in præcordiis, cephalalgia, laſſitudo totius corporis, ſæpe etiam vehementiſſimus vomitus, tandem vero incaleſcentia

totius

totius corporis cum pulſu frequenti, fortiori, celerique. Typus verò ipſius febris intermittentis dignoſcitur ex recurſu paroxyſmorum. Duplicatæ verò febres dignoſcuntur inde, quod ut plurimum in tertianis paroxyſmi ſibi invicem adeò exactè non reſpondeant ratione vehementiæ & ſymptomatum, ita tamen ut hodierno paroxyſmo ſimilis ſit tertio ab hoc die invadens; craſtino vero paroxyſmo ſit ſimilis paroxyſmus quarto recurrens die. Quartana vero duplicata cognoſcitur inde, quod ut plurimum invadat nos primo & ſecundo die, tertio verò non, ſed rurſus quarto.

Thes. 12.

Signa prognoſtica ſunt omnis tertiana eſt facilè curabilis, ſi patiens fuerit moriger. Nam raro protenditur juxta Hippocrat. Ultra ſeptimum paroxyſmum, ſi vero ægrotans fuerit moroſus non raro eſt diuturna. Tertiana raro etiam eſt lethalis, niſi forſitan in decrepitis atrophia laborantibus & aliis valdè debilibus, Tertiana in quibus a primis paroxyſmis eſt tata, ut plurimum etiam eſt diuturnior aliis juxta Barbeth. Quartana eſt ſcandaloſa planè. Nam ut ut etiam non ſit curatu impoſſibilis; attamen utplurimum fit diuturna ob ægrotantes, qui medici diætam adornatam renuunt, quia

nimirum duos dies intercalares transigunt sine singulari molestia. Quartana vero maximè diuturna raro est lethalis, ut ut produxerit ad maciem, modo non supervenerit hydrops vel infarctus pulmonum. His enim præsentibus sæpenumero fit lethalis. In omni febre intermittente appetitus constans bonum est signum ratione vitæ, ut ut in quartana sæpe pronunciet morbi diuturnitatem.

Thes. 13.

Curatio febrium intermittentium instituatur secundum has indicationes fermenta vitiata corrigantur per ⊟tantia, ⊟ta evacuentur, convulsiones sedentur, viscera debilitata roborentur.

Thes. 14.

Prima indicatio obtinetur primario per medicamenta alcalia in tantum saturata. Neque etiam facile inventa fuerit Methodus perfectior in curandis febribus Barbethtiana; quæ tota tota fundatur in usurpatione taliun ⊖ium. Sunt a. v. gr. ⊖ Card. ben. Absynth. cent. min. fumar. Cichor. ♀9. ⊕lat arc. 2pl. Mynſ. ⊖. antifebrile Mynſ. quod ingreditur ⊖✱, ut ut hæc compositio in tantum videatur congrua, quia nimirum ⊖ Ae ✱i post conjunctionem cum ⊖bus ♈i mo:

nox abit. Enim verò hoc non obstante ⊖ antifebrile Mynſ. eſt revera tale, qt. tantillum nimirum ♏9 accidi commiſcetur cum ⊖bus ♈is. Hiſce ſuccedunt ppa ex animalium partibus duris v. gr. Ocul. ♋ C. C. ſ. △e mater perlarum, quippe quæ ingreditur etiam pulverem antifebrilem Timæi **von Gülden = Klee.** Conchæ ppæ juxta methodum antifebrilem. Strobelbergeri & Crollii, crania humana. Sequuntur etiam ⊖ia ⅄ia ⊡ſa, attamen temperata v. gr. ♏ ⊖*i dulcis. ♏ C, C. dulcis, unde & ♏9 Bezoard. Dreſdenſis. Deinceps multa etiam hic pollent vegetabilia amaricantia, v. gr. tumar, ſcord. Card, bened. cent. minus, Cichor. pimpinell, angelica &c. Quorum ſucci, eſſentiæ, ſyrupi, pulveres imo ▽æ etiam ♌atæ poſſunt eſſe uſui quantum nimirum in amaritie eorum latitat alcali quoddam ⊽tans aciditatem peregrinam, nimiamque viſciditatem inde ſolvens. Hinc proſtant medicamenta etiam compoſita v. gr. ▽æ antifebriles, Eſſent. antifebr. Mich. Imo vina etiam medicata ex his parata proſunt.

Thes. 15.

Noſtra memoria increbuit cortex Peruvianus à nonnullis dictus febrifugus. Vid. Bartholin in Cent. anat. Item **Schröder** in

appendice, item Sydenham. de febribus & Recentiorem Jones. Audit communiter china de china. De hoc cortice quæstio est utrum tuto adhiberi possit in febribus arcendis? pro responsione notetur, quod non adulteratus omnino in se contineat ⊖ quoddam amaricans, cujus intuitu omninò poterit esse antifebrilis. Porro hic ipse cortex notabili gaudet virtute adstrictoria, quo sensu remederi etiam potest convulsionibus febrilibus, prout etiam id ipsum quotidiana attestatur experientia, ut proinde vocari possit in usum medicum, ubi corpora febrilia nondum conceperunt principium quoddam cacochymicum vel planè cachecticum, ubi verò cachexia, vel cacochymia jamjam egerint radices, ibi non sine insigni damno imo ægrotantium exitiosa pernicie adhibetur: siquidem adstringendo, causatur obstructiones viscerum, in quibus partes febriles præcipitatæ hospitantur, magis magisque cumulantur & coagulantur, unde suboriuntur hydrops, asthma &c. Præterea semper etiam chin. chin. admisceri possunt alia antifebrilia v. gr. ⊖ antifebr. Mynſ. Card. ben. &c. Simile ferme præstat rad. Gentianæ pulverisat. & cortex & radix infundi possunt vino Rhenano & una C. V. deglutiri b. horio ante paroxysmum. Vel

para-

ırari potest Elect ex Rob. passular, item
unor. nec non Sorbi & hoc cortice vel ra-
ce pulverisatis, Vid. potest hac de re
eckers in notis ad praxin Barbeth.

Thes. 16.

Ex mineralibus huc faciunt medicamen-
parata ex ☿io v. gr. ☿ diaph antihect. Pot.
diaph. c. ♂e Bezoard. ♃iale ritè præpara-
m, hoc est sudoriferum magnum Petri.
h. Fabri, quod ipsi est decantatissimum &
rtissimum antifebrile, quod & ipse aliquo-
es sum expertus.

Thes. 17.

His ♃tibus in tantum præmissis adhibe-
tur purgantia quæ nunquam sunt omitten-
in curanda febre intermittente. Prima-
o autem hic prosunt vomitoria, apprime
ro ubi suspicio est alimenti cujusdam fe-
ilis assumpti. Inter emetica verò palmam
linquimus ☿ialibus seu itaque ♃r. emetic.
ynf. sive syrup. Angli Salæ, Essent. emet.
velf. ▽ bened. Rulandi vel etiam ☿ vitæ c.
o substantia exhibueris perinde erit. Imo
mm. gutt. in corporibus robustis tuto pot-
: adhiberi.

Thes. 18.

Purgantia verò sumantur præter vomi-
ria ex Jalapp. mechoacann, scamm. sive as-
nantur priora pulverisata, sive resinæ omni-

um. Nam Scammonium nunquam ma ximopere verò in febribus crudum porriga tur. Clysteres quoque hic conferunt im pr mis in corporibus tenerioribus quatuor ho ris ante paroxysmum applicati. Valdoper namque paroxysmorum infringunt atro ciam.

Thes 19.

Tertia indicatio obtinetur per theriaca lia, (multa debet Theriaca Camphoræ qu omnibus modis adhibita hic prodest vel c collo etiam solum appensa ob effluvia cont nua) ⊖ia ⅄ia, castoracea cum opiatis mo nostro mixta. Apprime verò dum hæc e hibentur duabus horis ante paroxysmu corpusque disponatur ad sudorem blandur Vid. Tulp. monit. medic. Aphor. 65. Red etiam monet Tulpius in aphorismis su medicis doctissimis, quod sudor universa præcedens febris intermittentis accessu morbum ex toto solvat. Ubi tamen nota dum, quod sæpe redeat febris intermitte etiamsi præter hunc sudorem alia etiam a hibeantur medicamenta methodica v. g ⊽tantia & evacuantia. Notetur tame quod semel exhibito purgante, non m post paroxysmos emanantes de novo sit r petenda purgatio: Siquidem utplurimu novos causatur paroxysmos.

Th

Thes. 20.

Ultima indicatio obtinetur primario per
edicamenta amaricantia ☍a partim, et-
m per acida ⊖na bene temperata sic v. gr.
lixir proprietatis, seu acido poterit suffice-
, quibus tamen placet exhibere Elixir. ⊕li
lyns. illi licitum esto, modo ♏ ⊕li fuerit
ene præparatus, qui aliàs solus optimus est
tertiana & quartana fuganda, sed requi-
tur præparatio exacta, nimirum ut ut ♏♀
⊕li sit acidissimus; attamen demonstrat
nchirisis chymica, quid concentratus post
ffusam ▽m. vehementissime in se ipsum
gat. Ex quo apparet diversitas ⊖ium hunc
♏um constituentium. Itaque hæc ⊖ia
er digestionem & ♏ationem optimè sunt
nienda & â ♂e separanda; Interim tamen
imium ♈a illa ⊖ia quæ constituunt ☍ o-
timum sunt relinquenda. Hic profecto
♏♀ optimum & maximum securum erit
ntifebrile, quantum nimirum fermentum
entriculi, fibrarumque tenorem resarcit,
arili modo confert etiam mixtura simplex
& ex hac parata Ra Bezoardica; quippe qua
ola multoties præmissis evacuantibus, novi
uratas multas tertianas.

Thes. 21.

Formulæ ad primam indicationem.

R.

℞. Ocul. ♋. pp.
⊖. antif. Mynſ.
♁ diaph. aa. ʒß.

M. D. S. Fieber-Pulver ins Bier un den Tag über trincken zu laſſen.

℞. matr. perlar. pp.
♁. diaph. aa. ʒß.
⊖. Card. ben. ℈j.
arc. 2pl. M. ℈ß.
M. D. S. ut ſupra.

℞. Croc. ♂. c. ⊖bus. ℈ij.
⊖. Card. b. ℈j
M. D. S. ut ſupra.

℞. ▽. Card. b.
Scord.
antif. M. aa. ʒvj.
Cent. min. c. v. ʒij.
matr. perl. pp.
♁ diaph.
⊖ antif. M. aa. ʒß.
Syrup. card. b. ℥ß.

M. D. S. Fieber-Tranck gerüttelt stünd 3. Löffel voll zu nehmen.

Huic potioni commiſceri etiam pote chin. chin. ʒß.

℞. Herb. fumar.
Card. ben. aa. M. ß.
fl. cent. min. p. ij.

Rac

Rad. Cichor.
Pimpinell. aa· ℥ß.
F. l. a. Decoctum in ſ. q. ▽ fontan.
℞. Decoct. Col. ℔j.
♏ ⊖✱. ʒj.
Pro ratione ægrotantium poteſt addi ſy-
pus. Card. b. ℥j.

D. S. **Bitterer Fieber Tranck alle 2. Stunden ein Wein-Gläßlein zu trincken.**

℞. Eſſent. Abſinth.
Card. b.
♏⊖✱. aa. ʒj.

C. S. **Fieber-Eſſenz täglich 50. Tropffen zu nehmen.**

Thes. 22.

Ubi verò quartana ſubeſt, ibi ut plurim commiſceantur laudatis formulis ♂lia v. gr.

℞· ⊖. Card. b.
♁ diaph. cum ♂e.
ocul. ♋. pp. aa. ʒß.

D. S. **Diegerir und Fieber-Pulver den Tag lang zu trincken.**

℞. Croc ♂. cum ⊖bus.
matr. perl. pp. aa. ʒß.
⊖. antif. M. ℈j.
M. D. S. ut ſupra.

Thes.

Thes. 23.

Formulæ ad ſecundam indicationem.

℞. ♀r, emet. gr. ij.
arc. 2pl. M. gr. vj.

M. D. S. Erbrech-Pulverauf 1. mahl

℞. ♀r. ⊕ lat.
p. gumm. gutt.
♀r. emet. aa. gr. iij.
M. D. S. ut ſupra.

In quartana.

℞. Croc. ♂. c. ⊖bus. ℥ß.
♀r emet. gr. iv.
M. D. S. ut ſupra.

NB. quod ſæpe exhibita ♂ia ſubſequatur excretio nigricans, quæ nemine terrore vel mirum habere debet.

℞. Rad. Mechoacan. ℥j.
Scamm. ♃r. gr vj.
♀r. ⊕lat. gr. viij.

M. D. S. Purgier-Pulver auff einmahl.

℞. p. Jalap. gr. xij.
Scamm. ♃r. gr. vj.
arc. 2pl. M. gr. viij
M. D. S. ut ſupra.

℞. MP. ex fumar. gr. xij
Reſ. Jalapp.

Scamm

Scamm. aa. gr. iij.
diagryd. gr. j.

. C. Essent, Fumar. pilul. no. XXI. D. S. **Purgier-Pillen auf 1. mahl.**

In Quartana.

℞. Extr. ♂is
Hellebor. nigr.
Res. Jalapp. aa. gr. v.
Scamm. ♀r. gr. vj
☉. ☿iat gr. j.

. l. a. Pilul. no. XXI. D. S: **Purgier-Pillen auf 1. mahl.** Repetantur autem hæ pilulæ singulis septimanis.

℞. Summit. Absynth.
Herb. Card. b.
Fl. cent. min.
Cichor. aa. p. ij.
Rad. Cichor.
pimpinell. aa. ℥ß.

Hæ species infundi possunt in mensuras uas vini Rhenani & deinceps singulis die-us jejuno stomacho hauriri potest consve-um vitrum. Ubi verò animus est purgan-i addatur hisce speciebus,

Rad. Mechoac.
Jalapp.
Rhab. Mon. aa. ℥ß.
Fol. Senn. Al. f. f. ʒx.
C. ♀r. ℥ß.

Icis.

Icis. & contus. insinuantur sacculo lineo D.
Species zum purgierenden Kräuter
Wein ln. 4tana vero addantur hisc
speciebus limat. ♂ pp. ʒiij.

Thes. 24.

Formulæ ad tertiam indicationem.

℞, Essent ther.
♏ ⊖✱
Essent. anod. aa. gt. xxxvj.

M. D S. Schweiß-Tropffen 2. Stun
den vor dem Fieber zu nehmen.

℞. Essent. Card. b.
cast. aa. gt. XL.
anod gt. xxv.
Liqu. c. c. gt. XL.
M. D. S. ut supra.

℞. matr. perl. pp.
⊖. Card. b.
♀r. ⊕l. aa. ℥ß.
Laud. op. gr. j.

M. D. in ʒplo. S. Fieber-Pulver jedes
auf 1. mahl 2. Stunden vor dem Fie
ber zu nehmen.

℞. ▽. Card. b.
Scord.
antifebr. M. aa. ℥ß.
spec. antif. Strob. ℥j.
⊖. Absinth. gr. xv.

arc.

arc. 2pl. M. jß.
Mithridat. Dam. ʒij.

M. D. S. Fieber-Tränckl̃ein Löffelweise 2. Stunden vor dem Fieber zu nehmen.

℞. ▽. Card. b.
Scord.
Antifebril. M.
aa. ℥ß.
Spec. antifebril. St.
⊖ Absinth.
Card. b.
aa. ℈j.
♏ ♃. gutt. xij.
sirup. Card. b. ℥ß.

Misc. D. S. Fieber-Tranck gerüttelt Löffelweise zu nehmen.

℞. Extr. Card. b.
Fumar.
Centaur. min.
aa. gr. v.
Laudat. op. L.
gr. ij.
. f. q. sem Lycop. f. Pil. No. XV. D. S. Fieber-Pillen auf 1. mahl.

Thes. 25.

In quartana ante paroxysmum exhibeantur sequentes formulæ.

℞. p. chin. chin ʒß.
♀. ⊕l. gr. xv.
℥ cinam. gt. j.
Essent. anod. gt. x.

M. D. in ʒplo. S. **Fieber-Pulver jedes auf 1. mahl 2. Stunden vor den Fieber zu nehmen.**

℞. Essent. Absinth. gt. XL.
anod. gt. XXX.
℥ camph. gt. ij.

M. D. S. **Fieber-Mixtur auf einmahl gerüttelt in frischen Bier zu nehmen.**

Thes. 26.

Ad ultimam indicationem.

℞. Elixir propr. s. acido. gt. XXX.

D. S. **Magen-Tropffen auf 1. mahl.**

℞. ♏ ⊕li. optime rectif. ʒß.

D. S. **Magen-Wässerlein 3. Tropffen des Morgens in warmen Bier zu nehmen.**

Thes. 27.

Ultimo quæritur de V.S. in intermittentibus utrum conveniat? pro responsione notetur quod omnino juxta Barbethi monita intermittentes post institutam V.S. exasperentur quatenus nimirum M. S. amplius concediturus

ditur ſpatium effervescendi. Enim verò quia & hoc modo ſanguini liberior comparatur motus tam localis quam inteſtinus, omnino V. S. etiam ſunt inſtituendæ. Inſtituantur verò apprime in diebus intermittentibus & non adeo large, verum in adultis ab ℥ij. vel ℥iij. usque ad ℥vj. Nec ſicco pede ſunt prætereunda veſicatoria, cum jam olim nonnulla carpis applicare conſueverint Medici ſive ſub forma herbarum contuſarum ſive Empl. v. gr. Strobelberg, his tamen anteponantur ipſa veſicatoria.

CAPUT VIII.

DE FEBRIBUS CONTINUIS INTERMITTENTIBUS.

Thes. 1.

FEbris continua intermittens dicitur in qua nulla totalis apparet apyrexia, interim tamen certo tempore habet adjunctas exacerbationes conſtituentes paroxyſmos.

Thes. 2.

Hi ſunt autem certi ita, ut febris continua cum intermiſſione æmuletur nunc typum quotidianæ, nunc tertianæ, rariſſimè verò

quartanæ, etsi observatur, utplurimum quartanæ degenerant in hecticas.

Thes. 3.

Interdum verò hi paroxysmi sunt erratici ita ut nullo termino fixo redeant, quales febres observantur præprimis tempore autumnali & vernali communiterque dicuntur febres catarrhales.

Thes. 4

Talibus febribus erraticis annumeranda etiam est febris incurabilis à Medicis ad nostram usque memoriam observata, communiter dicta febris hectica à Græco ἕξει habitu, quia nimirum tales febres semel obortæ, videntur nactæ talem inhæsionem, ut ne profligari possint instar habituum, qui secus quam dispositiones perire nequeunt.

Thes. 5.

Causa proxima talium febrium utplurimum est duplex partim nimirum quærenda in causa febrium continuarum, partim vero in causa febrium intermittentium, quia verò in febribus continuis semper adest effervescentia quædam M.S. nimia, omnino etiam quærenda est causa hujus effervescentiæ nimiæ in causis naturaliter sanguinem ad calorem concipiendum disponentibus graduque saltem excedentibus.

Thes.

Thes. 6.

Ratione paroxyſmorum cauſæ latitant in auſis intermittentium concurrentibus ſimul cum ſuperioribus.

Thes. 7.

Conveniunt autem moderni phyſiologi lurimi, calorem noſtrum naturalem ortum ium debere contrariis ⊖bus fermenti ventriculi & bilis, quapropter & effervescentiæ . n. ſunt deducendæ inde. Operantur utem p. n. hæc ipſa ⊖ia quantum qualitaem contrahunt exceſſivam, in ſtagnatione ermenti ventriculi in ventriculo, vel lymhæ etiam in pancreate, bilis verò in ſua eſicula, vel quantum M. S. in motu ſuo npedita, concipit vehementiorem turgeentiam.

Thes. 8.

Signa diagnoſtica talium febrium ſunt failia ei qui novit febres continuas& etiam inermittentes. Hectica in ſpecie dignoſcitut x febris diuturnitate, totali macie, venaim pallore, genis rubeſcentibus & collaſis uno verbo ex facie Hippocratica.

Thes. 9.

Prognoſtica ſunt omnis febris continua um intermiſſione facile poteſt degenerare i continuam, hinc ſemper eſt obſervanda & on parvi æſtimanda. Sæpe etiam ſub tali-

bus febribus latitat quædam malignitas tandem ſeſe prodens maculis, diarrhoea deliriis &c. in catarrhalibus anguſtiæ pectoris & ſtertor non ſunt ſigna lethalia, quamdiu lympha eſt humida, ægrotansque per tuſſim rejicit ſputum lubricum albeſcens, ubi vero lympha & tuſſis ſunt ſiccæ ibi imminet mors. Convulſiones verò juxta Hippocrat. ſupervenientes tales febres utplurimum etiam annuntiant mortem, præprimis tamen extra paroxyſmum delirium. uti & ſomnus & vigiliæ nimiæ, in qua febri ſomnus malum adfert lethale eſt, ubi verò bonum non eſt lethale ſignum etiam in his febribus juxta aphor 1. Sect. 2. In hectica copioſa rejectio materiæ viſcidæ & tenacis per tuſſim eſt ſignum lethale: item omnis diarrhoea hecticam ſuperveniens etiam eſt lethale. Ja ſabuloſa ruffa uti & excretio ſabuli ruffi per habitum corporis multoties mihi indicarunt reconvaleſcentiam in macie ſcorbutica & febri erratica, quæ ferme mentitur ſpeciem Hecticæ

Thes. 10.

Curatio inſtituatur ſecundum has indicationes. Fermenta vitiata corrigantur ebullitio ſanguinis temperetur.

Thes. 11.

Prima indicatio obtinetur per methodum medendi inſtitutam in febribus intermittentibus.

The

Thes. 12.

Secunda vero indicatio obtinetur per medicamenta ſequentia in capite de febribus continuis & malignis.

Thes. 13.

Hectica ab hac methodo declinat, ſiquidem utplurimum inducit lentam maciem, dum nimirum uti dictum pars ſanguinis coccinea ſeſe non miſcet cum parte ſeroſa, hincque etiam ſanguinis ebullitiones ſunt lentæ & inordinatæ, magisque poſt aliqualem eſum & potum ſenſibiles, utplurimum verò maximè chronicæ. Itaque omnis opera in hac profliganda dirigatur eo, ut acidum peregrinum ſanguinem rubrum coagulans ſenſim atque ſenſim ☿tetur. Id ipſum vero indipiſcimur per medicamenta ex mineralibus ♂la ita tamen præparata, ut ne cum impetu effervescant. Hinc ☿ diaph. c. ♂e omnibus facile palmam præripit. Nam jam olim practicus peritisſimus Quercetanus commendavit limatur ♂i in pulvere ſuo cachectico dum nimirum hæc paratur cum acido ♃ris, attamen hæc ipſa limatura nihilominus ſæpius ventriculo adhuc eſt inimica, unde poſt frequentiorem hujus pulveris uſum exurgunt ructus nidoroſi. Deinceps antih. Poter. omnino etiam egregiam meretur laudem. Dreſdæ nonnulli medici

egregiis laudibus in hoc affectu extollunt materiam perlatam, quæ originem ſuam debet Krügnero. Enim vero hæc ipſa materia perlata multis modis coincidit cum antih. In antihectico vero ratione alcali ♃ialis ineſt adhuc alia vis. Quare hoc antepono ei.

Thes. 14

Tanquam optimum antihecticum experientia edoctus commendo perlas; quippe in quibus non eſt uti Zvvelf. ejusque affeclæ ſunt arbitrati, nuda vis alcalica, verum præterea & vis medicamentoſa ⅄latilis, quam in præparatione perlarum per refragrantiam quandam animadvetere licet. Hæc vis in corpore humano præter ⅄ationem acidi inſimul etiam in M. S. excitat novum quendam motum fermentativum, quo M. S. de novo quoad partes ſuas in ſe invicem adigitur. Hinc perlæ in hectica non ſunt præparandæ per menſtrua nimium acida ⅄a, verum per acida ⅄tilia vel etiam nudæ tuſæ & præparatæ ſunt exhibendæ. Acida autem illa ⅄ia ſunt ⅄ item ⅄ ⊕is Zvvelfer. Unde exurgit ejusdem Magiſterium reſolubile perlarum. Item Magiſterium perlarum cum ſucco citri. In pauperibus ægro-

tanti-

ıntibus ſuppleat defectum perlarum earum
ıater.

Thes. 15.

Perlas ſequitur ebur tanquam pars quæ-
am animalis durior, ob quam ſuam duri-
em in corpore humano lentius etiam cum
cido peregrino efferfeſcit, hincque com-
ıuniter etiam refertur inter medicamenta
efrigerantium. Imo præter ſpodium hoc
milia alia etiam animalia △em non adeo
xperta, huc etiam referenda ſunt, quo
nſu ipſe etiam pulv. marchion. antepil. lo-
ım hic invenerit.

Thes. 16.

Tandem in hectica pinguia etiam tempe-
ıta laudem merentur v. gr. ſemin. pinguia
ıpaver. frigida majora præprimis cucurbit
nygdal. dulc. pineæ, & hinc præparatus
Hal. contra phthiſin, & hoc ſenſu ipſum
iam lac. De quo obiter notandum, quando
ommuniter quæritur utrum lac conveniat in
arafmo in der Schwindtſucht / quod o-
nino ſic quando nimirum marafmus oritur
ſceribus adhuc integris, contra vero in ex-
cerationibus, v. gr. pulmonum, magis ad-
ıget materiam illam viſcidam & purulen-
m. Utrum vero aſſumſerimus lac capri-

um, an vero vaccinum parum interfuerit Hoc tamen credatur firmissime, quod lact omni in hoc affectu sit præferendum huma num. Quippe quod aliquoties expertu sum saluberrimum.

Thes. 17.

Hunc Hecticam si quis cum febre scor butica inveterata, vel etiam colliquativa ha bet Synonymam, à vero non multum aber raverit in curatione.

Thes. 18.

Formulæ ad hecticam curandam.

℞. p. march. antepil.
alii contra phthis.
℥ij diaph. cum ♂e
perlar. Orient. pp.
a. matr perl. pp, aa. ʒj.

M. D. S. **Tägliches Stärck-Pulver de Tages über 2. Messer-Spitzen z nehmen.** Sive enim mane jejun stomacho & à meridie circa quinta in brodio assumatur, sive potui cer visiæ injiciatur perinde fuerit.

℞. Mag. perl. cum succo citri.
resol. ear. aa. ʒj.

M. D. S. **Köstliches Perl-Pulver** appl cetur ut supra.

℞. Cons. ros. rubr. ℥iß.
amygd. dulc. exc. ℥ß.

nu

nuc. pin. ʒij.
ſem. 4. frigid. maj. aa. ʒj.
Ebor. ſ. △e ℈iv.
Antih. pot. ʒj.
c. ſ. q. Juleb roſ. f. l. a. Electuarium.
D. S. Stärck-Latwerge täglich 4. oder 5. Meßer-Spitzen.
℞. Amygd. dulc. exc. ʒvj.
nuc. pin. rec. exc. ʒiij.
ſem. cucurb.
papav. alb. aa. ʒiß.
F. l. a. emulſ. cum Decoct. hordei ℥v. adde
▽. Cinam. borrag. ʒvj.
Ebor. ſ. △e ℈ij.
matr. perl. pp.
antih. pot. aà. ℈j.
Edulcoratur parum c. ſ. q. ſacchari albiſſimi.
M. D. S. Köſtliche Perl-Milch alle Stunden 2. Löffel voll zu nehmen.

Interdum etiam urgente nimirum calore febrili tali emulſioni addi poteſt ☉ſiat. ℈ß. Interim tamen ſæpe hoc non eſt repetendum ob metum diarrhoeæ. Dum autem utuntur ægrotantes lacte humano circa tempus ſomni porrigatur pulvis ex marchion, & perlis hoc modo.

℞. p. march. antep. gr. xij.
perlar. or. pp. ℈ß.

Inter-

Interdum tali pulv. instillari possunt gt. præterpropter 5. ad 8. Essent. anod.

℞. ▽. fl. borrag.
(Cichor. tiliæ.) ℥ß.
Cinnamom. bugl. ʒj.
p. march, antep. gr. xij.
perlar. or. pp. ℈ß.
Syrup. fl. tunic. ʒj,
Essent. anod. gt. viij.

M. D. S. **Abend-Tränclein auf 1. mahl.**

℞. p. Hal. contra phthis. ℈j.
anod. conf. gr. iij.

Misc. D. S. **Köstlich Abend-Pulver auf 1. mahl.**

CAPUT IX.

DE FEBRIBUS CONTINUIS.

Thes. 1.

FEbres continuæ non videntur aliæ, quam intermittentium paroxysmi continuati. Hinc etiam causa earum proxima coincidit cum causis paroxysmorum; Remotiores verò causæ in his ipsis febribus sunt vehementiores. Hinc quando febres continuæ originem trahunt ex vitiatis fermentis, utplurimum

imum vitium latitat in bile nimium facta al-
alica, quæ in ſanguinem penetrans excitat
fferveſcentiam talem, ita tamen, ut huic
ili non imputemus cauſam, tamdiu conti-
uatæ efferveſcentiæ, quemadmodum ♂i-
um ♎ ⊕li comiſto referimus cauſam e-
ullitionis. Verum duntaxat quemadmo-
um videmus varia fermenta excitare in
liis rebus fermentandis diutinam ebullitio-
em, quantum nimirum in illis jamjam præ-
xiſtentia ⊖ia contraria ſeſe cient in
iotum.

Thes. 2.

Hinc etiam apparet quomodo & aliæ res
ı corporibus optime ſanis valeant excitare
:bres continuas, bile antea illæſa; v. gr. ani-
ıi motus ſubitanei, quippe ex quibus non
ırò obſervatur febris continua vehementis-
ma. Imo inde etiam apparet quomodo fe-
ris dicta traumatica, vel vulneraria poſſit
pervenire omnis generis vulnera, contuſi-
ıes, luxationes.

Thes. 3.

Communiter autem febres hæ continuæ
viduntur in febrem ardentem, quæ Græ-
s audit Cavſus, in qua ægrotantes affligit ve-
:mentiſſima & continua ebullitio ſangui-
s, quam ſubſequitur proſtratio omnium

virium

virium, ſitis vehementiſſima, agrypnia, ſæ
pe delirium, utplurimum alvi conſtipatio-

Thes. 4.

Deinceps ſequitur ſpecies febrium conti
nuarum quæ vocatur febris maligna, in qu
quidem etiam eſt continua ebullitio ſangu
nis; attamen ſæpius nunc remiſſior, nun
vehementior, adſunt præterea ſymptomat
teterrima v. gr. convulſiones, vomitus, dia
rhoeæ, anguſtiæ in præcordiis, ſenſuum ex
ternorum corruptio, delirium, nunc agry
pniæ, nunc ſomnus nimius, nunc ſitis, nun
ejus totalis carentia; interdum adſunt exan
themata cutanea, interdum certarum part
um inflammationes maxime continuarum
hæmorrhagiæ &c. Ut plurimum autem t
les febres ob ſymptomata majora, quam qu
ordinariè febres concomitantur ſubſequitu
eventus triſtis. Harum verò febrium com
mune eſt nomen, interim tamen eſſentia
ſe invicem diſcrepant, forſitan innumerabil
ter. Vix enim hactenus præterlapſus e
annus, quin ſeſe prodiderint febres nov
ſymptomatibus ſtipatæ.

Thes. 5.

Communiores interim ſpecies ſunt f
bres petechiales Fleck-Fieber / in quib
proruunt maculæ nunc lividæ, nunc rubr
nunc fuſcæ cutaneæ: Purpura Frieſel

q

ua proruunt vesiculæ minimæ cutaneæ nunc ıbescentes, nunc pallentes: morbilli **Ma-rn** in quibus apparent tubercula minora ıbicundissima, sibique maxime continua, uæ tubercula deinceps sensim atque sensim :mittunt absque suppuratione. Variolæ **ie Pocken** in quibus itidem proruunt tu-ercula rubra, quæ magis magisque attol-ıntur & demum per suppurationem suc-rescunt in vera ulcera. Morbus Castrensis vel ngaricus item Pannonicus, in quo raro ve-e observantur petechiæ, longe potius adest elirium vehementissimum, angina vel in-ammatio faucium, unde & communiter icitur **die Ungarische Kranckheit**/ item **ie Bräune**/ quia nimirum Germani nostri ıilites proficiscentes in militiam Ungaricam, tplurimum hoc vexantur morbi genere, deò ut hinc etiam Ungaria Germanis quem-dmodum Sicilia Gallis dicatur sepul-hretum. Hæc febris maligna si extra Unga-ıam, in nostris provinciis grassatur absque otabili inflammatione faucium dicitur **die Haupt-Kranckheit.**

Thes. 6.

Quando verò has malignas febres conco-ıitantur eruptiones bubonum & carbun-ulorum, tunc dicuntur febres pestilentiales, ıum verò contagium accedit vehementius

malum

malum, dicitur ipſa peſtis. Nam apud au-
ctores vix conſtat ſatis de diſcrimine inte
ipſam peſtem & febrem peſtilentialem, nil
forſitan id in ſolo gradu obſervare licea
Quando vero quæſtio eſt utrum nimirum i
peſte ſemper adſit etiam febris? Res facili
eſt deciſu ex noſtris ſuperioribus traditis
dum enim febres aſſumimus in ſenſu Hel
montiano, omnino eſt affirmandum adeſſ
febrem ut ut non ut cauſam morbi, ſed po
tius ut effectum, quando verò animus eſ
definiendi febrem in ſenſu aliorum autorum
tunc non adeo ſemper adeſt. Vid. præter
ea de peſtis natura mea diſputatio.

Thes. 7.

Cauſa efficiens febrium malignarum eſ
varia, nunc enim originem trahit ex varii
effluviis, nunc vero in ipſis etiam noſtris cor
poribus progignitur. Nam omnes cauſa
talium febrium non operantur, niſi convel
lendo ſyſtema nervoſum, quod deincep
ſubſequitur in M. S. motus inteſtinus cor
ruptivus, ut egregie dixerit Helmont. Tra
ctat. progred. ad Morb. Cognit. Quod po
tentius vicinus magis domeſticum ens exer
citium in humanam vitam conſcripſerit
Nam quod tales morbi maligni in ipſo no
ſtro corpore ſub oriri posſint, nos docen
febres maxime malignæ, vulnera, contuſio

ne

es & fracturas interdum ſupervenientes. mo hoc ipſum etiam docet purpura frequens puerperis noſtris non rarò optimæ onſtitutionis.

Thes. 8.

Signa diagnoſtica ſunt in febribus malinis, præter ſuperius expoſita de febribus ntermittentibus pulſus inæqualis, nunc tarus, nunc celer, nunc frequens, nunc rarus, unc durus, nunc levis &c. deinceps ſæpe deſt difficilis reſpiratio; adſunt anguſtiæ petoris, quæ quidem etiam adſunt interdum n febribus intermittentibus; Attamen non ontinuæ. In faucibus utplurimum eſt nihia quædam ſiccitas, quæ æque obſervatur n intermittentibus; Attamen etiam tempoe paroxyſmi duntaxat, extra hoc verò non idem. Maculæ verò in petechiis, exanthehata variolarum, morbillorum, purpuræ, ſola ignoſcuntur inſpectione, angina in morbo aſtrenſi itidem obſervatur primario ex inpectione. Bubones verò & carbunculi dinoſcuntur à Medico per inſpectionem, & b ægrotante per ſenſum. Bubo enim entitur inſtar ponderis graviſſimi & deſuper loloroſi. Carbunculus verò apparet cum adiis lædentibus motum plurium vicinaum partium ſic v. gr. carbunculus in pollice ollit motum totius manus & brachii etiam

magna ex parte. Dolorem vero ægrotanti bus infert ſimilem ei, quem accenſi carbo nes nobis impoſiti inferunt. Contagiun autem in malignis febribus hanc haberi pot eſt aliunde, quam ex experientia & ſenſi bus, dum nimirum obſervamus aliquot æ grotantes vel in iisdem ædibus, vel in vicinis vel etiam alios ægrotantes commercium cur primis habentes, ſimili affligi febri. Ho equidem verum eſt, quod certæ malignæ fe bres v. gr. variolæ & morbilli, ſimul ac pro gignuntur, nobis ingenerent ſuſpitionen contagii, attamen de reliquis res omnin eſt dubia.

Thes. 9.

Prognoſtica ſigna ſunt ex Hippocrat. Sect 2. aphor. 19. Aucutorum morborum no ſunt omnino, infallibiles prædictiones nequ mortis neq; ſanitatis neque fidendum eſt i malignis. (aphor. 27. Sect. 2.) His, quæ non ſe cundum rationem levant, non oportet cre dere, neque valde timere ea quæ prava fiun præter rationem. Pleraque enim ex tali bus inconſtantia ſunt, & non valde perma nere neque morari ſolent. Sed ſumma fi des eſt adhibenda aphor. XXVI. febrem i convulſione fieri melius eſt, quam convulſio nem in febre. Priorem enim aphor. in ma lignis eludunt, interdum leviſſima ſympto mata, quæ prima fronte vix videntur aliqui

mal

mali minari, dum pressо pede subsequitur alteratio tristissima. In febribus his locum in tantum etiam invenit aphor. 33. Sect. 2. in omni morbo valere mentem, & bene se habere ad ea, quæ exhibentur bonum, contrarium verò malum. Universalitatem tamen hujus aphorismi præter febres malignas infringit catarrhus suffocativus, item Phthisis. Non facile moriuntur in malignis ægrotantes, quorum ☐a primis diebus est ruffa & clara, deinceps verò fit turbida. Nam intermittentibus ☐æ ☐tio subita omnino prænuntiat morbi diuturnitatem juxta Barbeth. In malignis vero & continuis non item. In variolis apprime deinceps etiam in aliis malignis primo invasionis tempore convulsiones apparentes sunt leviores, quam 7. 8. & reliquis diebus sic v. gr. Epilepsia sæpissime concomitatur variolas circa ortum, quæ verò deinceps facile remittit. Quando verò 6. 7. die supervenit semper est lethalis.

Thes. 10.

Curatio instituatur secundum has indicationes, in omni febre maligna sedentur convulsiones, sanguinisque coagulatio prævaveatur. Exanthemata vero adsuppurationem vergentia, tractentur ut ulcera alia.

Thes. 11.

Prima indicatio obtinetur per medica-

menta diaphoretica moderatè mista cum anodynis quæ Praxis est nova; siquidem jam olim methodus fuit recentissima in curandis febribus malignis exhibere Theriacam, Mithridatium, Philonium Romanum, quæ omnia ingreditur opium, adeo ut maximam etiam vim diaphoreticam Mithridatii & Theriacæ acceptam ferat Wallæus in Methodo medendi ipsi opio. Nec mirum quempiam habere potest, quomodo in tam pauca quantitate, opium tantam possit exercere energiam, cum constet aliquot saltem guttulas Essent. opii fermentati magnarum esse virium. Opium autem in Mithridatio omnino patitur etiam perfectam fermentationem prout testatur autopsia. Similem Methodum observamus etiam in recentiore adhuc Fracastorio, quippe cui ceu basis in conficiendo diascordio inservit etiam opium. Recentissimus autem Sylvius eo devenit, ut publicè in scriptis fateatur, sese malle non esse medicum, quam carere Laudano opiato. Willis verò in Pharm. rationali maximopere etiam commendat opium cum castoreo & Ra Pr. pptum pag. 198. Hinc ex opiatis, præter Elect. nota hic prosunt ♏9 theriacal. Essent. theriacal. Extr. theriacale. His verò sunt miscenda ex Regno animali omnis generis ⊖ia ♏a v. gr. ♏ C. C. sive simplex sive

e ſuccinat. Cor. C. viperarum, cran. hum. ☉*i. Item caſtoracea, & lap. animalium .gr. Bezoar &c. Vel poſſunt etiam aſſumi artes animales duræ præparatæ ſine △e. xregno vegetabili herbæ amaricantes ♃tiles .gr. Scord. Card. ben. Angelica. Pimpinella, edoar, Menth. Cent. min. Item Campho-a, omnia parata ex Sambuco, Junipero, item Galega, Scorzonera, breviter omnes plan-æ theriacam ingredientes. Ex quibus poſ-int fieri compoſitiones v. gr. ♏ per fer-nentationem, ▽æ ♏atæ, Eſſentz. ipſi pul-eres v. gt. p. Card. ben. Contrajerv. quo enſu pulvis Contrajervæ ingreditur pulv. Bezoar. Sennert. Extracta opiata, ℞a ♏ata v. r. ℞ antiloimicum Heuniſ. Hinc proſtant tiam tam varia compoſita, theriaca Andro-nachi, Mithridat. Damocr. Philonium Ro-nanum. Requies Nicolai. Electuar. Orvie-an. Diaſcord. Fracaſt. Theriaca cœleſtis Quercetan. Item ▽æ compoſitæ v. gr. ▽ ord. Hercul. Saxon. Cor C. Mynſicht. An-alt. Velthemian. &c. Eſſent. Compoſ. . gr. R. Bezoard. B. D. Michael. Cujus ge uina parandi methodus eſt.

℞. ♏ | theriac. Camph. part. v.
♀r. part iij.
⊕li. ♃lat. part. ij.

Hæc omnia digeſtionem bene unita tingan-

tur cum ligno ſantalo & confect. alkermes, tandemque addatur camphor. tantum, quantum diſſolvi poteſt. Sed melior methodus eſt conjungendi Camphor. cum ☿o hac

℞. Camphor. v. gr. ℥iv.
♏ ☿di ℥ij.

bene miſta ſublima ut evadat camphora acerrima & ſternutatoria., quæ deinceps ♏vi theriacali eſt conjungenda. Menſtruum hoc Ræ Bezoard. absq; ℞. audit in officinis noſtris mixtura ſimplex quæ celebris eſt etiam in malignis & etiam non contemnendarum virium In hac indicatione obtinenda maxime etiam proſunt clyſteres ſubducentes humores excrementitios primarum viarum, ſiquidem hoc modo facta conſtrictione inteſtinorum deinceps inteſtina lenius ad ſe invicem poſſunt accedere: Proptereaque in reſpiratione alias difficili non tantus obſervatur in diaphragmate movendo reniſus.

Thes. 12.

Ex regno minerali hic primario prodeſt ♄ diaph. junctum vegetabilibus & animalibus etiam, item Bezoard. mineralia, quæ præparata volo non per affuſionem ♏ ☾i, ſed potius per detonationem ☾i ♄io ſuccedit ♀r. hujus flores ſunt egregii in malignis ♀ magna ex parte conſtituit ZZ, quæ itidem hic eſt eximia ſive ſimplex, ſive cum aliis partibus

bus composita v.gr. specif. Ceph. D. M. &c. Deinceps sequuntur etiam ♁æ v. gr. sigillata, olus &c. quæ ♁æ olim jam jam sunt ingressæ medicamenta Theriacalia, & à Recentiobus cooptatæ in censum talium alexipharmac. v. gr. in p. Pannonic. rubr. &c. Ex bus etiam hic conferunt ☉tata bene deurata, inprimis verò ☉um cum ♂io. ♈at. uodque bis erit solutum & evaporatum: sum etiam arcan. 2pl. laudem meretur ide.

Thes. 13.

Ad secundam indicationem obtinendam præter recensita in thesi antecedente confeunt acida, quatenus nimirum miscentur um alcalibus, ut inde resultet tertium quodam ⊖sum. Quo sensu non duntaxat indis cum euphonia observamus assumptum anguinem hirci, ocul. ♋. & in ♱, verum præterea & ipse Sylvius adeo frequenter præscribit ♱um cum ocul. ♋ loco vero ♱i assumi etiam poterit ♈ prophylactica Sylvii von der Schagen & Barbeth. descriptionem vid. apud Barbeth. in praxi.

Thes 14.

Ut ut videantur symptomata gravissima as febres concomitantia multas adhuc suggerere indicationes v. gr. delirium, Lipothymiæ, convulsiones, vomitus &c. Attamen

his omnibus sufficientem medelam adferun dicta superiora sudorifera, cum anodyni mista. Ab extra interim certa etiam adhiberi poterunt ♏osa, v. gr. ▽. Carbuncul Epileptica, Apoplectica; quibus misceantu ♏ refragrantes, v. gr rosarum, liliorum convall. melissæ. item ♏♀ ⊡si, v. gr. ⊖* tam simplex quam compositus v.gr. lavend Ror. marini &c. quippe qui ♏♀ egregie excitant totum systema nervosum subito irruendo in extremitates nervinas narium Imo adauget etiam talium ♏osorum medicamentorum vim acetum commistum quantum concitat motum quendam inter num: Hinc v. gr. aceta rosacea, rutac., liliorum convall. item varia composita etiam Bezoar. nominibus venientia. Imo inde etiam vires suas nanciscitur ▽a hirundinum cum castoreo, quæ profecto expertarum es virium in pasionibus hystericis, unde & vulgo audit **Weiberschlag-Wasser**/ item **bitter** vel **sauer Schlag-Wasser.**

Thes. 15.

De V. S. ardua etiam est controversia inter autores, utrum nimirum conveniat in expositis febribus? in utramque equidem partem disputatur ab autoribus. Malo tamen legere vestigia Barbeth. breviter rem decidentis his præter verbis. In malignis ve

nan

ıam ſecari eſt patientem jugulare. Ut ut deo rigidus nolim exiſtere, ut interdum ;iam tantum nocumenti venam ſectam aderre aſſeram, melius tamen omittitur quam nſtituitur.

Thes. 16.

Ab hac tamen regula excipiendæ ſunt fe-ɔres malignæ caſtrenſes vel Ungaricæ, in his :nim tutiſſime aperiuntur venæ ſublinguales ɣel raninæ. Imò interdum etiam præſtat ıas venas ſectas repetere. Ubi nimirum ſaucium inflammatio fuerit contumacior.

Thes. 17.

Ultima indicatio obtinetur in inflamma-:ione faucium vel angina primario per cata-ɔlaſmata emollientia miſta cum ⦶ſis. Hinc ;tiam communiter commendatur nidus hi-ɾundinum cum lacte cocto, dum nimirum ıi ipſi nidi maxime ſunt conſpurcati à pullis ıirundinum, in horum vero excrementis o-ɪnnino latitat copioſum ⊖. ⦶i. Hoc ipſo ɣero cataplaſmate ſummo cum ſucceſſu olim uſus ſum in virgine nobili. Mynſicht ex hoc nido præparat emplaſtrum quod etiam ın uſum poterit accerſi, Fauces itidem ⦶is benè abluendæ ſyphone per manum Chi-rurgi. Et ut ut hi communiter utantur de-cocto prunellæ cum ⦶o trochiſcato & melle roſaceo vel rutaceo; attamen ſufficiens erit

gargariſma ex cereviſia ſecundaria cum ☉o paratum. Idem etiam eſt obſervandum in inflammatione & non raro ſuppuratione tonſillarum.

Thes. 18

Exanthemata qualia ſunt morbilli & petechiæ relinquantur ſoli naturæ; quippe quæ hiſce remedetur ſponte. Obſervari etiam petechias profundiores nigricantes ſuapte exſiccari ita, ut deinceps absque ullo dolore abradi posſint. Imo in carbunculis minoribus aliquoties etiam obſervavi ſpontaneam exſiccationem, qualem obſervare licet in variolis occupantibus locos corporis humani calloſos.

Thes. 19.

Variolæ ad ſuppurationem tendentes tamdiu intactæ relinquantur, donec appareant ſemi exſiccatæ, quo facto inungantur unguento ex pinguibus animalium compoſito. Communiter equidem hic laudatur axungia aſciæ piſcis, huic vero præfero axungiam humanam miſtam unguento camphorato comitiſſæ. Aliquoties etiam excoriationes profundas præprimis vero cauteriis actualibus inflictas felicisſime curavi hoc ipſo unguento camphor.

Thes. 20.

Bubones vero & carbunculi tractentur

&

quidem illi ut alii tumores ad ſuppuratio-
em commovendi per ſuppurantia v. gr. em-
laſtr. citrinum, dyachilum cum gummi,
agneticum melilotum &c. Hi vero ut
iæ partes gangrænoſæ & ſphacelatæ primo
idem per emplaſtrum magnet. cum meli-
to junctum deinceps vero apparente carne
ova in circulo rubicundo per unguenta a-
ia digeſtiva v. gr. fuſcum Würzii, Apoſto-
orum, Ægyptiacum, cum digeſtivo quodam
eſuper vero inprimis diebus imponi poteſt
agnet., ſequentibus vero diebus ſticticum
rollii.

Thes. 21.

Quæritur hic quid cenſendum ſit de bubo-
ibus exſiccatis, item pullis columbinis cir-
a podicem deplumatis impoſitis bubonibus?
ro reſponſione notetur, quod omnino in-
imeſcant hæc animalia bubonibus impo-
ta, interim tamen non eatenus, quatenus
xtrahant venenum quoddam, ſed quatenus
colore vehementi Ar. internus incluſus
agis magisque attenuatur & membranam
xternam diſtendit, tumoremque ſic cauſa-
ar hinc etiam requiruntur in hoc negotio
ufones transfosſi capite. Alias namque in
odomine transfosſi plane non intume-
unt.

Thes.

Thes. 22.

Formulæ vero ad omnes indicationes sunto hæ, & primo quidem in variolis, morbillis, purpura, febribus petechialibus, castrensi.

℞. Liqu. C. C. succ.
R. Corall. cum ♏ Cor. C. aa. ʒj

M. D. S. Schweiß-Mixtur 30. Tropffen 3mahl stündl. nacheinander zu nehmen.

℞. Essent. theriac.
Liqu. c. c. succ. aa. ʒj.
M. D. S. ut supra.

℞. R. Corall.
Essent. Card. ben. aa. ʒj.
anod. L. gt. XL.
M. D. S. ut supra.

℞. Essent. Castor.
Theriac. aa. gt. L.
anod. L. gr. XXX.

M. D. S. Austreibende Hertz Tinctur auf 3. mahl innerhalb eines halben Tages zu nehmen.

℞. p. Bezoar. Sennert.
Unicorn. mar. ʒß.
☉. ♂ iat. ʒß.
fl. ♀r. gr. viij.

M. D. S. Kühlend und austreibend Hertz-Pulver ins Bier zu thun.

℞.

℞. Matr. perl. pp.
ʒ. diaph. aa. ʒß.
arc. 2pl. M. gr. xv.
flor. ♀r. gr. viij.
M. D. S. ut ſupra.

℞. p. march. antep.
Bez. Sennert.
Spec. ceph. D. M. aa. ℈j.
fl. ♀r. gr. viij.

M. D. S. ut ſupra vel divide in 3. partes æquales. D. S. **Austreibend Hertz-Pulver den Tag über zunehmen.**

℞. ▽. Scord.
Card. ben. aa. ℥j.
Epilept. Lang. ℥ß.
C. C. S. △e.
ʒ. diaph.
⦶. ʒiat. aa. ℈j.
fl. ♀r. gr. viij.
Syrup. Card. ben. ℥ß.

M. D. S. **Austreibender Hertz-Tranck stündlich 3. Löffel voll** vel loco pulverum.

℞. Diaſcord. Frac. ʒij.
M. D. S ut ſupra.

℞. ▽. Galeg.
Scorzoner. aa. ℥j.
Prophyl. Sylv. ℥ß.
Ocul. ♋. ʒß.

ʒ.

♁. diaph. gr. xv.
mumiæ. præparatæ ℈j.
Theriac. Androm. ℥j.
Syrup. Card. ben. ℥ß.
M. D. S. ut ſupra.
(imprimis vero urgente ardore)
℞. Amygd. dulc. ambr. exc. ℥ß.
Sem. papav. alb.
4. frigid. maj. aa. ℥iß.
F. l. a. emulſio cum decocto hordei C. C. C
℥v.
adde
▽. Cor. C. Mynſ. ℥j.
Ebor. ſ. △e.
antih. Pot aa. ʒß.
perl. or. pp. gr. xij.
Edulc. par. cum rot. m. Chriſt.
M. D. S. Kühlende Hertz-Milch gerüttel
ſtündlich 4. Löffel.
℞. Hord. mund. M. j.
Raſ. C. C. ℥j.
Rad. Cichor. ʒvij.
Sem. papav. ʒß.
paſſ. min. ℥iß.
F. l. a. Decoctum.
℞. Decoct. Colat. ℔ij.
▽. Cinnam, borr. ℥ij.
♁. diaph. ℈ij.
ſirup. flor. borrag. ℥ß.

M. D. S.

M. D. S. Kühlendes und Hertz-stärckendes Wasser gerüttelt stündlich ein Wein-Gläßlein zu nehmen.

Formulæ Clysterum sunto:

℞. Spec. emoll. M. iij.
Carmin. m. j.
☉. ☿ial. ʒj.

F. l. a. Decoctum in jure carnis.

℞. Colatur. ℥x.
Electuar. lenit.
Mell. ☿ial.
rutac. aa. ʒvj.
Mithridat. ℥ß.
Vitell. ovorum. no. j.

F. l. a. Clyster. Talibus Clysteribus commode uti possumus in morbo castrensi, purpura & morbillis etiam. In variolis vero non facile vid. hac de re Langii Miscellan. curios. p. 136. Multoties namque sum expertus alvum adstrictam in variolis tempore suppurationis ægrotantibus haud adeo esse molestam, ut ut bidui aut tridui fuerit. Interim tamen & expertus sum, quod adhibitus clyster aliquoties cum euphoria sit applicatus. Ut proinde non mox homicidii et insimulandus medicus, denato ægrotante ad præscriptum Clysterem. Consultius interim duco abstinere quam ordinare Clysterem.

Thes,

Thes. 23.

Externa præſcribantur his formulis.

℞. ▽. Carbuncul.
meliſſ. cum V. aa. ʒvj.
♏ roſar. ℥ij.
⊖✱. ʒß.

M. D. S. **Anſtreich-Waſſer.**

℞. ▽. apoplectic.
lil. convall. c. V. aa. ʒvj.
✠i Bezoard. ʒß.

M. D. S. ut ſupra.

Ad fauces inflammatas.

℞. Fl. Sambuc.
melilot.
Chamom.
crem. aven. aa. M. j.
nidi. hirund. no. j.

Inciſ. & contuſ. coq. in ſ. q. lactis.

M. D. S. **Eußerlich lindernder Umſchlag**

Vel loco nidi commiſceatur ☾i ♁iati ℥j.

Thes. 24.

In peſte & febribus peſtilentialibus omnia ſudorifera ſunt adaugenda, neceſſum namque eſt, ut per primos quatuor dies ſinguli horis ſex elapſis, ægrotantes largiter ſudent; ſequentibus vero 14. diebus ad minimum largus ſudor eſt neceſſarius matutinus & veſpertinus, ſudorifera vero potiora, quibus ſum uſus, ſunt ſequentia.

℞.

℞. Essent. Card. ben.
castor.
theriac.
Liq. C. C. succ. aa. ℥j.

I. D. S. Schweiß-Essenz 30. Tropffen auf 1. mahl allezeit 3. mahl stündlich nach einander zu nehmen.

℞. C. C. S. △e.
♁. diaph.
⊖ Card. ben. aa. ℈ij.
fl. ♀r-. ℈j.

I. D. S. Schweiß-Pulver alle 6. Stunden 1. gute starcke Messer-Spitze voll zu nehmen.

Quia vero perpesso hoc sudore multum ymphæ à corpore est subtractum, necessum st ut nova rursusque addatur lympha. Itaue quotiescunque sudor est peractus, porgantur ægrotanti aliquot cochlearia intrie, ex vino Rhenano & tantillo succi citri patæ.

Thes. 25.

Quia etiam in his morbis frequens est mptoma vomitus, qui impetit sudorem, iquot millies præscripsi & quidem utpluriium felici cum successu,

℞. Essent. menth. ℥j.
Laud. Opiat. L. gt. xxx.
♁ ♏at. cinam. gt. iij.

M. D. S. Anhaltende Magen - Mixtu
wohl gerüttelt innerhalb 1. Stund
im Weine zu nehmen.

Ab extra, vero ventriculo in abdomine
imo interdum etiam in dorso imposui cata
plasma theriacale nunc cum myrrha nun
sine myrrha. Myrrhatum est hoc:

℞. Myrrhæ rubr. ℔j.
dissolv. in s. q. vini rubri.

evaporet ad consistentiam linimenti & ad
dat Theriac. Andromach. ℔ij. ℥ scorp
compos. ℥iv. ℥ Nat. menth. mastich. cort
aurant. aa. ʒij. M. reponatur. Signetur cata
plasma theriacale cum Myrrha.

Præscribitur verò hoc modo:

℞. Cataplasm. ther. cum myrrha s. q
iuduc super alutam. D. S.

Anhaltend Pflaster.

Thes. 26.

Frequens etiam est symptoma in Peste
delirium & cephalalgia, hisce opposui specie
cephalicas externas, constantes ex Herb
verbenæ, anagallid. sem. papav. alb. & ane
thi; quæ species sunt irrorandæ cum ▽. ce
phalica externa constante ex ▽a sperm. rana
rum, carbunculi, ▽ prophylactica Sylvii.
Saccharo ♃i & camphora. Item unguentum
cephalicum, quod constat ex emplastr. de
betonica. de lap. calaminar. aa. subigitur

v. c. ℥ expresso Hyoscyam. sem. papav. & tantillo ℥ ♃at. anethi.

Thes. 27.

Hæmorrhagia sæpe etiam est concomitata hunc morbum, qui optime remederi licuit, flor. ros. rubr. ⊖e condit. cum tantillo ▽ prophylact. irrorat. formula esto hæc:

℞. Flor. Ros. rubr. ⊖e condit. ℥ij.
▽. prophylact. ℥ß.

M. Optime. D. S. **Umschlag über die Stirne.**

Thes. 28.

Bubonibus imponatur sequens emplastrum.

℞. Empl. citrin.
de melilot. aa. ℥j.
malax. cum ℥ scorp. composit.

M. D. S. **Erweichend Pflaster auf die Beulen zu legen/** usque maturuerint per apponendum deinde sequens:

℞. Emplastr. de melilot.
diachyl. cum gumm. aa. ℥ij.
malax cum ℥ scorp. compos. M. D. S. **Erweichend Heil-Pflaster.**

℞. Empl. Magnet.
de melilot. aa. ℥ij.
malax. c. ℥ scorp. compos. D. S. **Lindernd Pflaster auf die Carbuncul die ersten Tage zu legen.**

℞. Ungu. digeſtiv. ʒvj.
apoſtol. ʒiij.
M. D. S. Separirend Sälblein auf den Carbuncul zu legen üm den Rand.

Thes. 29.

Hæc ſunt remedia in peſte curanda, præſervationis gratia vero prodeſt, bis vel ter etiam ſingulis ſeptimanis inſtituere ſudorem largum, per medicamenta v. gr. liq. C. C. R. corall. Eſſent. Card. ben. &c. parata, quotidie vero ſ. vivamus ſaltim in loco infecto vel teneamur etiam cum ipſis infectis verſari, omnibus alexipharm. palmam præripit potus largior vini Rhenani.

CAPUT X.

DE CONVULSIONIBUS.

Thes. 1.

VIſis hactenus morbis partium noſtrarum contentarum ratione motus ſui inteſtini, accingamus nos ad morbos partium continentium, quantum hæ principio interno impetuoſo vel enormontico (impetum faciente) moventur, ut ſecundum hnnc motum diverſimode vitientur omnes totius cor-

poris

poris noſtri motus. Dicuntur autem hi morbi communiter convulſiones de harum vero nomine notetur, quod propriè convulſio notet ſubitaneam & fortiſſimam contractionem unius vel aliquot muſculorum, qui partem certam alias mobilem, ita continent strictam, ut nullatenus moveri poſſit. Deinceps denotant etiam talem p. n. motum certorum muſculorum antagoniſtarum quo partem naturaliter & voluntarie movendum, p. n. & cum ſummo impetu continuo citra voluntatem movere tenemur, qui motus communiter audit, motus convulſivus & contra diſtinguitur convulſioni vel tetano.

Thes. 2.

Convulſionum talium partes affectæ ratione formalitatis p. n. omnino ſunt afferentes. cum Barbeth. c. 1. Prax. ipſi nervi, qui tàmen deinceps membranas & fibras carneas simul etiam commovent, quantum ſemper iis copioſiſſimi ſunt intertexti, ut proinde conſtans ſit regula; Ubicunque eſt nervus & fibra motrix, ibi etiam poteſt fieri convulſio. Jam vero conſtat ex modernorum Anatomicorum traditis, quod nervi omnino etiam protendantur cum fibris motricibus in poſiſſima etiam vaſa in ſingulas etiam partes externas molles. Unde & jure meritoque his ipſis aſſignantur convulſiones.

Quas etiam vasis jam olim Hippocrat. libr. de morbis text. 23, p. m. 29. Tom. 2. tribuit his verbis: Tum caro quæ est in latere, tum venæ contrahuntur ac convertuntur, Vid. præterea Willis in sua Pathologia cerebri & antea laud. Barbeth.

Thes. 3.

